liter.

tribu
lus.

Psalmus

autem punxerunt colophisando. flagellando. conspuendo: et illudendo et mottez intentando. Et hoc est quod dicit. (Multi insurgunt.) scilz factis. Absalon enim uoluit occidere Dauid. ut patet in consilio chul. 2. Reg. 17. Similiter et iudas tradidit christum ad mortem. Tres tribulat^{ur} uerbis detrahendo siue falsa proponendo. (Unde (Multi dicunt ec.) Contra illud quod dicitur in ps. Salus autēz iustorū a domino. Si enī hoc considerarent impij: non de facili insurgerent contra iustos sed quia hoc non credunt vel quod cōtēpnunt dei potentiam uel hominis iustitiam. ideo dicunt ore et opere. (Non est salus illi ec.) id est in eo quem colit: & sibi debet facit. Hoc dicunt etiam perfectiores de christo. Si enim resurrecturum sperarent: nec iudas traderet: nec illi occiderent. Et est sensus. Non saluabit eum: nec est filius dei. unde dicebant Mar. 17. Si filius dei es descende de cruce. Et Isra. Si rex israel ē descendat nunc de cruce et credimus ei.

Tu autē dñe susceptor meos: gloria mea et exaltans caput meum.

Hec est pars secūda. Ubi ostendit sibi a deo paratum auxiliū. Et circa hoc duo facit. primo ostendit sibi specialiter adesse diuinū auxiliū. Secundo generaliter oibus. ibi. Domini est salus. (Circā primū tria proponit. primo auxiliū diuinum. Secundo auxiliū experimentūz ibi (Uoce mea.) Tertio securitatis conceptum ibi. (Non time-

bo.) (Uoz ergo. (Tu autē dñe.) q. d. Ipsi insurgunt ad bellādū sed tu suscipis ad protegendū. Et hoc melius patet per litterā hierony. q. dicit. (Clypeus meo circa me.) quasi defendens me sicut clypeus. Item non solum seruans in uita contra delere uolentes. sed etiam in gloria cōtra infamantes. (Uñ ait (Gloria mea.) ij. Corin. 10. Qui gloriai in domino gloriatur. plere. 17. In hoc gloriatur: qui gloriatur scire et nosce me. Et non solum contra infamantes mihi assistis sed etiam p̄ualere me facis cōtra optumantes. (Unde subis git. exaltans caput meum.) ps. Et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Hec post sunt referri ad christum qui conceptus fuit fm humanā naturā in incarnatione. quoniam uerbūz caro factum est. Jo. 1. Jsa. 42. Ecce seruus meus suscipiā euz. electus meus complacuit sibi in illo anima mea. ps. Beatus quem elegisti et assumpsisti. Item gloriosus fuit in resurrectione. Jo. 16. Clarifica tu me pater. Item exaltatus in ascensione. ps. 139. Propter qd et de exaltauit illi ec. (Unde cum dicit.

Uoce mea ad dñm clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui et soporatus sum: et exurrexi qz dñs suscepit me.

(Ostendit experimentum auxiliū. Et ponit tria scilicet orationem ibi. (Uoce mea.) Secundo exauditionem ibi. (et exaudiuit me.) Tertio ostendit in quo est exauditione. ubi ait: (Ego dormiui ec.) Circa primū duo tans b ij

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ofo vult ee res ca. **g**it que debent esse in oratione. Nam debet esse attentus. **E**t ideo dicit (Voce mea) scilicet et cordis que sonat deo. quia Moyses tacens ore clamabat corde ad dominum. exod. 14. **D**ixit dominus. Quid clamas ad me etc. **H**ac etiam voce clamavit Susanna est exaudita. Mat. 23. **Q**ue siens susperit in celis. erat enim cor eius habens fiduciam in domino etc. 1. Reg. 1. **P**orro an na loquebatur in corde suo etc. Cor. 15. **O**ratio spiritus: oratio et mente. **E**t ideo dicit (Vox.) **V**ox enim que non procedit ex corde non est mea. **I**tem debet esse recta. **T**unc enim est recta quando tendit ubi debet. **E**t ideo dicit (Ad dominum.) ubi est auxilium. 2. Paral. 20. **C**um ignoramus quid agere debeamus. hoc solum habemus res fiduciam: vt oculos nostros dirigamus ad te. ps. **A**uxilium meum ad domino. **I**te debet esse deuota. **U**nde addit (Clamauit.) **C**lamor sua nati dicit oratio propter maiestatem effectus. ps. **C**lamor meus ad te veniat etc. **H**eb. 5. **C**um clamore valido et lachrymis etc. **D**einde ponitur exaudito: cui dixit: (et exaudiuit de monte.) id est de sublimitate diuine maiestatis: que inaccessibleis est. ps. **Q**uis ascendet in montem domini id est ad omnipotentiam suam: vel de altitudine iustitie sue que incomprehensibilis est. ps. **I**ustitia tua sicut abissus multa. vel (in monte sancto.) id est de me qui eram mors sanctus: in quo Isa. 2. **E**t erit in nouissimis diebus preparatus mors domini dhi etc. **S**equitur. (ego dormiui.) **U**bi ostendit in

quo sit exauditus. **Q**uia (surrexi.) **E**st autem differtia iter mortuum: et dormientem quia mortuus non resurgit. **J**ob. 14. **P**utastine mortuus homo rursus uiuat. **D**ormiens vero resurgit. ps. **N**uquid qui dormit non adiciet vt resurgat. **S**ic ergo quando tribulatio est tanta vt homo non redeat ad statum priorem de morte. **S**ed quando tribulatus vel tatus cadit in peccatum et resurgit: dicitur dormire. **S**ic dauid quasi dormiuit. quia liberatus est a filio et peccato. **D**icitur autem dormire quasi parum. **S**opotari vero quasi multum. **V**nde de alio littera dicit. (Somnum cepi.) id est profunde dormiui. **S**ic christus dicitur dormiuisse quia sponte se passioni obtulit: et soporatus est. mors subiecta est. **U**nde a dormitione transiuit ad somnum. **I**te sopor signatur in sopore Adam. **S**en. 2 **I**mmisit dominus soporem in Adam etc. quia de latere christi in cruce mortui formata est ecclesia. **A**lt ergo. (et exsurrexi) propria scilicet virtute. **J**o. 10. **P**otestatem habeo ponendam in manum meam et potestatem habeo iterum sumendi eam. **E**t hoc est. quia (Dominus suscepit me) **A**lia littera. (Sustentauit.) **H**abuit enim virtutem diuinitatis quod surgeret. ps. **C**um ceciderit iustus non collidetur. quia dominus supponit manum suam. **D**einde cum dicit. **N**on timebo milia popululi circumdantis me. **E**xurge domine saluum me fac deus meus. **Q**uoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi

Hi sine causa: dentes peccatorum contriuiisti. **P**onitur fiducia securitatis. q. d. **E**x quo sic sum exauditus? **N**on timebo etc. **I**ntra ps. **S**i consistant aduersum me castra etc. **I**n quo signatur q. christi ecclesia non potest omnino deprimi. **C**hristi roentis post resurrectionem multo populi q. crucifixum circumsteterit: nihil nocere potuit. **N**am christus resurgens et mortuis latron non mouit. **R**om. 8. **E**t vnde habet istam fiduciam. ostendit ei dicit. **E**xurge. id est manifestauit autem tuam faciendo me resurgere a morte. **E**t hoc est. (Saluum me fac etc. **Q**uonia tu pater etc.) **S**upra duo dixerat: q. tribulabant eum. ps. **D**omine quid multi sunt qui tribulant me. et contra hos dicit. (Quia tu percussisti.) **I**tem infamabant. (Non est saluus illi etc.) **E**t contra hos. (Dentes peccatorum.) id est maledicta verba in irritum deduxisti. **J**ob. 19. **C**onerebam molas iniqui etc. **L**ittera hiero. habet. (percussisti molas. **E**t dentes.) q. d. **I**ta fortiter percussisti. q. (dentes) contriti sunt. **M**axilla fuit Absalon dentes vero adherentes sibi. **U**nde destructo Absalon: alij sunt contriti. **U**ltimo cum dicit. **D**omini est salus: et super populum tuum benedictio tua. **O**stendit auxilium diuinum esse toti populo. **E**t primo quantum ad conseruationem a malo et ideo dicit. (Domini est salus.) **E**t ideo oratio debet esse ad deum. **S**ecundo quantum ad multipli

cationem bonorum. et ideo dicit. (Super populum tuum benedictio tua.) id est super populum q. de te in te sperat et non in alio. **B**enedictio domini semper importat multiplicationem bonorum. **P**rouerbio. 10. **B**enedictio domini diuites facit. **P**otest autem aliter legi ps. iste fm. **G**lor. vr. s. loquat hoc totus christus. i. ecclesiarum caput eius inter procellas persecutionum constituta. **U**el moraliter potest legi psalmus iste in persona vnus cuiusq. fidelis qui a vitijs et cupiditatibus impugnetur. et fm. hoc per dauid accipitur quilibet fidelis: per Absalon vitia et carnales concupiscentie sicut pater in glo.

Alia
pi ex
positio
mylit
ca.
alia ex
po mo
ralis.

Victori in psalmis cantum dauid.



Dum inuocare exaudiuit me deus iustitie mee: in tribulatione dilatasti mihi. **D**iscretere mei: et exaudi orationem meam.

In precedenti

psalmo dauid implozauit auxilium dei contra tribulationes orando: et sentiens se exaudiri: hortatur alios vt in deo confidant. **E**t exprimit psalmus iste ad diuersos hois qui expertus est bis: solum in unam misam et beneficia iustitiam tulit. **H**ortatur alios vt non desperet in hys. **T**itulus eius est in finem stouie psalmi cantici dauid. **I**n hoc conuenit duo consideranda sunt niens: b iij



¶ toto libro. s. q. dicit psalmi can-
 tici. 2. q. dicit in fine. ¶ Quo ad
 p̄mū ergo nō q. David sicut le-
 gitur. 1. Regū. 6. faciebat psal-
 mos metricē & cantabat ante ar-
 cham cum psalterio. Ergo p̄a v̄t
 q̄s cantat ad psalteriū : sed non
 absq̄ psalterio. In quibusdā au-
 tem psalmis describitur p̄a Da-
 uid. vbi intelligitur q̄ est factus
 ad psalteriū. In aliquibus p̄scri-
 bitur canticūz David: qz cantab-
 antur sine instrumento. In aliq̄-
 bus p̄a canticū David vel econ-
 uerso: eo q̄ ille p̄a cantabat si-
 mul voce h̄mans et ad psalteriū
 Sz in aliq̄b̄ incipiebat vnus v̄
 multi voce humana sine instru-
 mento: vnus respondebat cum
 psalterio: et h̄i intitulānt can-
 ti p̄salmi. In aliq̄bus verov̄
 cantabat psalmū cum psalterio
 & aliq̄ respondebant sine psalte-
 rio: & h̄i intitulātur p̄a canticū.
 Et hec est differētia litteralis: s̄
 mystice: & fm̄ glos. p̄a significat
 bonā operationē. Canticū vero
 exultationēz mentis de eternis.
 Quādo vero simul vtrūq̄z pon-
 tur in vno psalmo: significat q̄ d̄
 vtroq̄z agitur. Quō vero dicit in
 finem: si cōsideret hoc quantum
 ad rem per psalmū figuratā: ma-
 nifestū est qz in finē intelligitur
 id est in christū. Ro. 10. Finis le-
 gis christus ad iustitiā omni cre-
 denti. Sed si cōsideretur in finē
 fm̄ figurā: datur intelligi q̄ can-
 tabatur pro consumptione ope-
 ris negocij: sicut hic psalmus p̄
 consummata liberatiōe David
 a persecutione Absalonis fact̄
 fuit: quasi pro victoriā. Aliq̄ di-
 cit̄ victoriā. s. David in psalmis
 quia omnes in psalmis facien-
 dis vincebat: sed hoc nō videt.

¶ p̄fisi
 ca titu
 to: um
 expōsi
 tio.

quare
 tituli
 psalo-
 rū h̄nt
 h̄c di-
 ctione
 in finē

¶ Auditur autem psalmus
 iste in duas partes. Nam p̄mo
 incipit a gratiaz actione pro re-
 ceptis b̄nificijs. vnde ait. (Cū in-
 uocarem &c. sc̄o finitur in exhor-
 tatione aliorū vt conuertant ad
 deum. ibi. (Filiū hoim̄ &c.) Circa
 primūz duo facit. p̄mo em̄ agit
 gratias de p̄teritis. Sc̄o orat̄
 p̄ futuris. ibi. (Misere mei &c.)
 Circa primūz duo facit. p̄mo
 agit gr̄as. q̄ est exauditiō. Sc̄o
 ostendit qualiter est exauditus.
 ibi. (In tribulatione &c.) Sed
 notandum q̄ hic est duplex litte-
 ra. vna dicit. (exaudiuit.) alia h̄z
 (exaudisti.) et huic p̄cedat hie-
 ronymus dicens. (exaudisti.) in
 hoc th̄ non est vis. Dicit s̄. (Cuz
 inuocarem exaudisti &c.) Vbi q̄
 tuos consideranda sunt. p̄mo
 ponit orationē & exauditionem.
 vnde dicit. (exaudisti.) sed non.
 (exaudiuit.) non clamantē. vnde
 dicit. (Cum inuocarem.) quod ē
 implorare auxilium in necessita-
 te. p̄a. Ad dominum cum tribu-
 larer clamauit: et exaudiuit me.
 ¶ Item requiritur q̄ sit iustus.
 quia si audit peccatores & ex mi-
 sericordia. non ex iustitia: & ideo
 dicit. (iustitie mee.) Ibi glo. i. da-
 tor iustitie. vel iustificatiōis mee
 p̄a. Oculi domini super iustos.
 Aliud q̄ est p̄mūz q̄ iustitiam
 suam homo attribuit deo & non
 sibi: et ideo dicit. (deus.) Contra
 quod Ro. 10. Ignorantes dei ius-
 titiam: et suam volentes statue-
 re &c. p̄mo ergo debet bonum
 suum attribuere deo. Sc̄o ha-
 bere iustitiam. Tertio clamare.
 et. 4. exaudiri. Modus autē ex-
 auditōis describitur cum dicit.
 (in tribulatione.) dicit. (exau-
 diuit.) & (dilatasti.) vel forte me-

¶ p̄sal-
 mi pa-
 titio.

trice fact̄ est psalmus: vbi opor-
 tet mutari constructionē p̄pter
 metri: vel quia per modū orati-
 ōis: vbi ex diuersis affectib̄ mu-
 tar̄ homo loquendi modum. Wi-
 cit autem. (in tribulatione dila-
 tasti mihi.) quia plus dilatasti
 p̄ liberali. quasi dicat: non solū
 liberasti: sed in ipsa tribulatione
 cordis latitudine tribulisti. p̄a. Di-
 lastasti gressus meos subtrus me:
 & nō sunt ifirmata vestigia mea.
 vel latitudinem animi ad patie-
 ter sustinendū. vel latitudinē po-
 restat̄: de qua dicitur Gen. 9. Di-
 later deus iapheth. Deinde cuz
 dicit. (miserere mei.) remouēdo
 scilicet quicquid remansit mise-
 re p̄terite. (et exaudi me.) oran-
 tem pro futuris bonis.
 ¶ Deinde cum dicit.
 (Filiū hominū vsq̄quo gra-
 ui corde: vt quid diligitis va-
 nitatem: et queritis mendaci-
 um?)
 ¶ Conuertit se ad aliorū exhor-
 tationem. Et circa hoc duo facit
 p̄mo redarguit pct̄ōes. Sec-
 cundo exhortatur eos ad emen-
 dam. ibi. (et sc̄tote &c.) Circa pu-
 mum duo facit. p̄mo cōmemo-
 rat conditionem. Secundo ar-
 guit culpāz. ibi. (vt quid diligitis
 conditionem cōmemorat di-
 cens. Filiū hoiz.) q̄ dupliciter
 potest intelligi. p̄mo in malo
 sic. (Filiū hominūz.) quasi homi-
 nes fm̄ naturam inferiorem cor-
 ruptibiles & proni ad peccatum
 Gen. 6. Non permanebit spiritus
 meus in homine in eternū quia
 caro est. Et iterum. 8. c. sensus
 & cogitatio hominum in malum
 proni sunt ab adolescentia sua.
 (Filiū ergo hoim̄) q. d. ostēditis

vos esse filios hominum. i. pec-
 catorum. s. Eue & Ade. vsq̄quo
 graui corde. Isaie. 1. Ne gēti pec-
 catrici: populo grami iniquitate
 &c. Secūdo in bono: quia homo
 in quantum homo: est imago dei
 vnde (filiū hominum.) non bestia-
 rum. p̄a. Homo cum in honore
 esset non intellexit &c. So (gra-
 ui corde.) i. qui deberis habere
 cor: graue & stabile. vsq̄quo: nō
 conuertimini ad deum. et hoc ē
 q̄d hieronymus habet. (filiū vi-
 ri: vsq̄quo inclyti mei ignomi-
 niose diligitis vanitatem que-
 rentes mendacium.) & sic conue-
 nienter arguit culpam. (vt quid
 diligitis &c.) In peccato nōq̄ sit
 duo consideranda. s. volūtas in-
 herens rei: & intentio i ordinaria
 p̄mo ergo tangit inordinatūz da-
 amorem cum dicit. (vt quid dili-
 gitis &c.) i. aliquid vanū nō so-
 lidum. Temporalia quippe va-
 na sunt: quia non continent soli-
 dum: sed pertransiens bonum.
 Ecclesiastes. 1. Vanitas vanita-
 tum: et omnia vanitas. (vt quid
 ergo diligitis vani.) q. d. vt quid
 diligitis temporalia. Secūdo
 tangit pranam intentionem cuz
 dicit. (Et queritis mendacium.)
 id est. quare amatis vinitas vt
 habeatis sufficientiā. Nam Ec-
 clesiastes. 5. Quarus non imple-
 bitur pecunia. h̄iere. 4. Aspexit
 terram &c. vel mēdacium. Lidor-
 lum. p̄ime Corin. octauo. Idol-
 lum nihil est. vsq̄quo ergo dili-
 gitis & proni ad peccatum
 conuertimini ad deum. ¶ Secūdo
 cum dicit.
 ¶ Et sc̄tote quoniam miri-
 ficauit dominus sanctū suūz:
 dominus exaudit me cum

In pec-
 cato
 duo cō-
 siderā-
 da.



clamauero ad eum.

Contrahitur peccatores ad emē
dā: et circa hoc tria facit. Primo
cōmēmorat beneficia sibi exhibi
ta. Secōdo hortatur vt ad deū re
deant. ibi. (Frascimini etc.) Ter
tio ostendit p̄cēminentiam sui
ad illos in bonis. ibi. (Medisti ve
nitiam etc.) Dicit ergo. (et scitote
etc.) Sed notādū est q̄ hic in gre
co est Dyapsalma: in hebreo ve
ro est sela. q̄d Hieronymus trāstu
it feliciter vel semper. Dyapsal
ma ergo diuisio psalmi est: q̄ q̄
cantabam fiebant aliqua inter
ualla in psalmo: vt ostenderetur
q̄ sequentes ad aliam materiaz
pernebant. et hoc s̄z Aug. S̄z
contra hoc est q̄ fm hoc Dyap
salma nūq̄ inueniretur in fine
psalmi: sed in psalterio Hierony
mi. sela inuenitur in fine psalmi.
Et ideo sumptū est ex sela Dya
salon. i. pacince. Et concordat est
Hieronymo qui interpretatus ē
feliciter. Sic ergo melius pacifi
ce: quasi semp: et hoc sela impor
tat. Beneficiū autem q̄d comme
morat est duplex: vnū de p̄teriti
to: et aliud de futuro. ibi. (His
exandi.) Quantū ad primū dicit
(Et scitote etc.) et cū sit principis
sententie continuatur cordi pro
phete sicut illud in principio Eze
chielis. Et factum est in .30. an
no etc. Nam sela quod interpre
tatum est Dyapsalma ponitur
hic. q̄d notat interruptionē: vel
continuatur ad p̄cedētia. q. d.
Nolite dilgere vanitatem. (et
scitote.) quare? (Quoniam miri
cauit dominus etc.) Ecce quot bo
na mihi fecit: quia. s. (mirificauit
etc.) i. mirabile reddidit. potest
etiam aliter continuari fm glo.

q. d. quia vana. (sc. tote.) (et scitote.) quid sequamini. (Quoniam dominus mirificauit etc.) i. chris
tum per figuram principaliter
intellectū qui est sanctus sancto
rum: de quo Danielis. 9. Hunc
deus ostēdit mirabilem iusticiā
do: et ad dexteram eius eum col
locando. Quilibet etiam iustus
mirabilis est: quia maiora sunt
opera iustitie q̄ miracula exte
riora. ps. Mirabilia deus in san
ctis suis. Sed christus est maxi
me mirabilis. Isa. 9. Et vocabit
nomē eius admirabilis. (Quā
tū autem ad scōm dicit. (Dominus ex
audi) Isa. 65. Antequā clamet ego
exaudiaze etc.) Deinde est dicit.

Contrahitur et nolite pecca
re que dicitis in cordibus ve
stris: et in cubilibus vestris cō
pungimini. Sacrificate sa
crificium iusticie et sperate i
domino.

Exhortatur eos ad emenda
tionem vite. et circa hoc tria fa
cit. Primo exhortat vt recedat a
malo. Secōdo vt tendant in bonū
ibi. (Sacrificate sacrificiū.) Ter
tio mouet questionē. ibi. (Multi
dicunt etc.) Circa primum cō
siderandum est q̄ peccatū in no
bis vt plurimum ex tribus: confur
git. s. ex corruptione irascibilis
rationalis et concupiscibilis
Primo ergo prohibet peccatum ex
quod confurget ex primo. Unde
dicit. (Frascimini etc.) Hoc autem
intelligit tribus modis. Primo
de ira inordinata. q. d. Permitti
tur nobis q̄ motus iracundie sur
gat in nobis. non tamen perda
caris iracundiam ad actum pec
cati. Ephe. 4. Sol non occidat

petm
in nol
vt plu
rimus
bus
turgu

super iracundiam vestram. Se
cundo sic. (Frascimini.) scilicet
contra nostra peccata. Isaic. 63.
Indignatio mea ipsa auxiliata
est mihi etc. (et nolite peccare.)
scilicet iterum. q. d. sic irascimini
contra peccata p̄terita vt non
committatis alia. Tertio de ira
per zelum sic exponitur. (Frasci
mini.) contra vitia aliorum. et ta
men. (nolite peccare.) eos inor
dinate corrigendo: quia debet
ira dirigi per rationem. Secun
do prohibetur vitium rationalis. s.
simulationem dicens. (Que de
citis in cordibus vestris.) supple
sint in vobis. q. d. Non aliud si
tis in corde: et aliud p̄terendatis
extra. Tertio prohibet q̄d sur
git ex concupiscibilis. (Compun
gimini.) scilicet de peccatis que
fecistis. (In cubilibus vestris.)
Roma. 13. Nō in cubilibus et im
pudicitis etc. Vel dicendum q̄
tangit duplex peccatum. scilicet
irascit dicitur est. (Frascimini)
de ira per zelum. Secundo cō
cupiscentie. (Compungimini.) que
dicitis in cordibus vestris. (id
est male cogitatis. (in cubilibus
vestris.) id est de occultis vel in
occultis. et hoc magis sonat lit
tera Hieronymi: qui dicit. (Lo
quimini et tacete.) id est non pu
blicetis inordinate erequendo.
Vel de ira per vitium quem phi
bet non procedere ad opus q̄d
peius est. Vel de ira contra pec
cata. (Consequenter hortatur
eos vt faciant bonum. et primo
dirigit eos circa principium bo
ni: quia (Sacrificate sacrificium
iusticie. q. d. (Compungimini.)
Leuitici quarto. Mandatur q̄
offerant sacrificium pro pecca
tis. Sed dominus de huiusmodi

nō multum curat. Psalmus. S̄z
rificum et oblationem noluit:
aures autem perfecisti. mihi. Un
de et vos Sacrificate sacrificiū
m iusticie et sperate in domino:
multi dicunt quis ostēdit. etc.) id
est satisfactionis et penitentie.
Roma. 12. Exhibeatis corpora
vestra deo hostiā viuentem san
ctam: deo placeant etc. Secun
cundo dirigit eos circa finē bo
ni dicens. (et sperate in domino
etc.) q. d. Sitis sperantes in do
mino: qui dedit vobis hec ope
rari.
Deinde cum dicit.

Multi dicunt quis ostēdit
nobis bona. Signatum est
super nos lumen vultus tui
domine.

Mouet questionem quam di
cunt. Multi. (id est stulti.) Di
cunt autem. (Quis ostendit no
bis bona.) quasi dicat. Anomo
do scire possumus que sint hec
sacrificia deo acceptabilia: hanc
autem questionem soluit cum
dicit. Signatur est super nos lu
men vultus tui domine. (quasi
dicat. Ratio naturalis indira no
bis docet discernere bonū a ma
lo. et ideo dicit. (Signatum est
super nos lumen vultus tui do
mine etc.) Vultus dei est id per q̄d
deus cognoscitur: hō cognos
cit p̄ vultu sui. hoc ē vultus dei.
Ab hac veritate dei resulget si
multitudo lucis sue in animabus
nostris. Et hoc est quasi lumen
est signatum super nos: quia
est superior in nobis: et est quas
si quoddam signum super fa
cies n̄as: et hoc lumine cognos
cere possumus bonum. ps. In



luminatus tui ambulabunt
 et super hoc autem signatur
 signo spiritus. Eph. 4. Nolite cō-
 tritari spiritu sanctum in quo
 signati estis. Et iterum signo cru-
 cis: cuius signaculum nobis im-
 pressum est in baptismo: et quoti-
 die debemus impingere. Cant. 8.
 pone meum signaculum super
 cor tuum. Deinde cum dicit.
 Dediti leticiam in corde
 meo. A fructu frumenti vini
 et olei sui: multiplicati sunt.
 Pōnit preeminentiam eius ad
 illos peccatores in bonis. quasi
 dicerent ei. Tu nos exhortaris
 ad beneficia tua: sed nos habemus
 nostra. ideo comparat tempora-
 lia spiritualibus. Et primo
 ponit spiritualia. secundo tempo-
 ralia ibi a fructu etc. tertio pree-
 minentiā spiritualium ibi in pa-
 ce etc. Dicit ergo verū est quod oēs
 habent lumē vultus desuper se:
 sed o domine sanctus et michi dediti
 sunt leticiam. s. spirituales in cor-
 de meo. vt scilicet vere gaudeat
 Ro. 14. Non est regnum dei escā
 et potus: sed iustitia et pax et gan-
 ditium in spiritu sancto. et hoc est
 beneficium spirituale. Mali autem
 habent abundantiam tempo-
 raliū: et ideo dicit A fructu fru-
 menti vini et olei sui multiplicati
 sunt. id est dilātati. Et p omnia
 ista temporalia intelliguntur om-
 nia alia: quia omnia referuntur
 ad necessitatē vitendi. s. sic fru-
 mentum pro cibo: et vinum pro
 potu: oleum vero pro condimen-
 to accipitur. Alia littera habet.
 A tempore frumenti. vbi du-
 plex bonorum istorum defectus
 innuitur: quia temporalia dicun-
 tur a tempore. Sapie. 2. Umbra

entis transitus est tempus nostris.
 Et quia vni non sufficit: oportet
 quod sint multa. ideo dicit mult-
 plicati sunt. Deinde cum dicit.
 In pace in idipsum dormiā
 et requiescam.
 Quia tu domine singulariter
 in spe constituisti me.
 Pōnit preeminentiam spiri-
 tualium. q. d. Quid inter hec ex-
 cedit. Certe leticia cordis. Et hoc
 patet duplici ratione. primo quod
 hoc bonum erit eternum. illud ve-
 ro temporale. secundo quod est vnum
 et simplex: illud est multiplex. 2.
 ponit ibi. Quoniam tu singula-
 riter etc. Dicit ergo In pace etc.
 quasi dicat alij in tempore: sed
 ego non: immo in idipsum. No-
 ta ergo quod etiam in presentivita di-
 citur iustus stare in bono ppter
 quattuor. primo quia non im-
 ditur exterius et ideo dicit In pa-
 ce. 3. 33. Sedebit populus meus
 in pulchritudine pacis etc. secun-
 do ex immutatione rerum habi-
 tarum quia hoc semper idem ma-
 net. vnde in idipsum. ps. Myrie-
 sales que edificatur et civitas cu-
 ius participatio eius in idipsum.
 tertio quia sine sollicitudine. vñ
 dormias. Cant. 1. Ego dormio
 etc. quarto ex quiete a labore cō-
 quirendi. vnde dicit et requies-
 scam. Et hoc potest esse etiam
 hic in presentivita s. in incohabitatio-
 nem: quod sancti oia ista habent hic
 aliquantulum in deo: s. hec omnia
 perfecte erunt in patria. Et hoc
 ideo habeo dicit dauid: quoniam
 habeo in quo sunt omnia hec. et
 hoc est quod ait. Quoniam in do-
 mine etc. q. d. vno modo in qua-
 dam spe singulari. constituisti
 me. s. vita eterna de qua infra

Quatuor
 huius
 vultus
 possunt
 dendi
 deum

dicitur. Nam petijt a domino
 etc. et hoc respondet contra id quod
 dicitur multiplicati sunt. vt. Quo-
 niam tu domine etc. q. d. in te sin-
 gulariter spero. Et hoc magis so-
 nat littera Hieronymi que dicit.
 Quia tu domine specialiter
 securus habitare me fecisti. ps.
 Bonum est confidere vel spera-
 re in domino etc.

In fine pro ea que consequi-
 tur hereditatem ps. 88. v.



Verba mea au-
 ribus percipio do-
 mine. intellige
 clamorem meum.
 Intende voci
 orationis mee:

reus meus et deus meus. Quo-
 niam ad te orabo domine.

Supra psalmista ofor-
 ne pposuit con-
 tra psequentes manifeste. hic cō-
 tra dolosos orat ne decipiat. Et
 circa hoc duo facit. primo ponit
 petitionem contra dolosos ne de-
 cipiatur. Secundo vt lapsus repa-
 retur. ibi. Domine ne in furore
 tuo etc. hic psalmus habet titu-
 lum in quo est aliquid noui quod
 talis est. In finem pro ea que
 consequitur hereditatem psalmi
 dauid. vbi ransitur figura amil-
 sterium. figura quidem intelli-
 gi potest dupliciter. primo s. q.
 glof. exponit et habet in hystoria
 Gen. 21. Quod sara videns luden-
 te hysmaele cum isaac filio suo rur-
 bata es: dixit ad abraam. Et
 ecce ancilla habet filium eius. Non
 enim erit heres filius ancille cum
 filio meo isaac. Intellexit quidē
 sara ludum illum persequentiē
 esse contra isaac. Abiaā autē dure


Tituli
 expla-
 natio.

accepit quod dixerat sara de filio
 suo hysmaele: sed dixit ei deus.
 Non tibi videatur asperum suū:
 per puero et ancilla tua: omnia
 que dixerit tibi sara audi vocem
 eius: quia in isaac cōcabitur tibi
 semen etc. quasi dicat isaac tibi
 heres erit tuus: nō hysmael. Un-
 de infra. 27. dicit. Dedit abiaā
 cuncta que possederat filio suo
 isaac. Filij autem concubinarum
 largitus est munera etc.

Potest ergo hic psalmus referri
 ad hoc quod populus iudeorum
 s. figuram consequatur heredi-
 tatem promissam abraam cuius
 ius erat caput dauid et rex. Se-
 cundum mysterium vero populus
 christianus. Gal. 4. Nos autem
 fratres s. isaac promissio-
 nis filij sumus. Ergo psalmus iste
 tendit in finem. i. in christum que
 laudat pro ea scilicet pro eccle-
 sia: que consequitur hereditatem
 reprobata synagoga. Alio mo-
 do s. litteram Hieronymi titu-
 lus est. Victorij pro heredibus
 canticum dauid. et sic potest in-
 telligi quod iste psalmus factus est
 pro victoria quam dauid habuit
 ad litteram. Et sciendum quod da-
 uid fugiens hereditatem amisit
 per abalonen. sicut habetur se-
 cundi Reg. 16. Unde sic precedens
 psalmus fuit pro liberatione
 ne et victoria contra abalonen:
 ita hunc fecit pro recuperatione
 hereditatis: quia dauid reuerso
 in hierusalem ad huc multo se
 insurreperat sibi et quidam alij
 contra eum. Unde scđi. Reg. 20.
 Mandauit dauid amase quod vespere
 in diem tertium conuocaret om-
 nes viros iuda vt persequeretur
 sibi filium bochi. quia magis af-
 flicturus est nos filius bochi q.

Myti
 ca titu-
 licpo
 sito.

falls
 sensus



ab salon. pertransiuerat eniz om
 nes tribus israelisq; abela oēs q;
 electi congregati erant ad eum:
 quo decapitato regnauit dauid
 super omnem israhel. In hoc
 ergo psalmo fm lram tria confi
 derant. Pmo petit exaudiri. Se
 cundo ostendit fiducia sue exau
 ditionis ibi (mane exau.) Tertio
 proponit petitionem ibi (Domī
 ne deduc me.) Circa primū duo
 facit. Pmo petit exaudiri. Se
 cundo signat rationem exaudi
 tionis ibi (rex meus.) Et Notan
 dus q; qui uult petere aliquid ab
 aliquo h̄ procedit. Pmo desi
 derat qd uult petere. Secundo
 meditat uerba proponēda. Ter
 tio proponit ea apud exaudien
 tem ⁊ e conuerso. Nam primo p
 cipit uerba auditu. Secūdo intel
 lectu capit sensum uerboꝝ. Ter
 tio inclinat ad implēdū desideriuꝝ
 petentis. Loquitur ergo dauid
 ad deum fm simi litudinem h̄c
 Et primo petit primū scilicet ut
 audiat uerba eius exteriori au
 ditu cum dicit. (Uerba mea au
 ribus percipe domine.) Secūdo
 petit sensum. s. intellectus uerbo
 rum cū dicit (intellige clamoreꝝ
 meum non exteriorē sed inte
 riorē affectum. psalmus. Clam
 or meus in cōspectu eius. Hie
 ronym⁹. (stellige murmur meū)
 quod cogitauit proponendum. ⁊
 consonat illi translationi que di
 cit (meditationem.) Tertio petit
 3^m scilicet exauditionem. (Inten
 de uocem orōnis mee. i. uelis exan
 dire orationem meam ps. Deus
 in adiu. meum intende.

Sed nunquid

Dubi
arso.

Deus hic seorsuz facit: audit: in
tendit: exaudit

Dicendum

q; metha phorice So
 loquitur. s. ut omnia hec appo: tio.
 bet uerba exteriora meditationē
 interiorē: ⁊ que proponit. Se
 cundo ponit rationē exauditi
 nis cum dicit (Rex meus.) Et est
 hoc pncipium uersus fm grecū.
 Ponitur autem triplex ratio ex
 auditiois duplex scilicet ex par
 te dei. quarum una est (rex meo.)
 Regis enim est gubernare. Et
 quo ergo ad deum pertinet: per
 tinet ad eum necessaria prouide
 re. Hie. 10. Quis nou timebit
 te o rex gentium? Alia ratio est
 q; (deus.) Deus enim finis est uo
 luntatum nostrarum ⁊ conferua
 tor. ps. In deo sperauit cor meū
 et adiutus sum ⁊c. et ideo dicit
 (deus meus.) Isa. 8. Nunquid
 non populus a deo suo requiret
 uisionem proximi ⁊ mortuus ⁊c.
 3^a ratio sumit ex parte orantis cū
 dicit (quoniaꝝ ad orabo domine)
 q. d. conueniens est: q; promissit
 orantibus exauditionem. Mat
 the. 7. Omnis qui petit accipit: ⁊
 qui querit inuenit: pulsantē p
 rietur. Nec refertur quod dicit
 Hieronymus (de peccor.) ⁊ hic di
 ctur (orabo.) quia hoc designat
 continuationē orationis sine in
 termissione. quasi dicat ita (ora
 bo.) q; tamen semper de peccor.
 Luc. 18. Oportet semper orare
 ⁊ non deficere.

Mane eradies uocē meā.
 Mane astabo tibi ⁊ uidebo:
 quoniam nō deus uolens ini
 quitates tuas. Neq; habitā
 bit iustitiae malignus: neq; p
 manebunt iniusti ante oculos
 tuos.

Hec est secunda pars. ps. Ubi
 primo ostendit fiduciā se habere
 re de exauditione. Secūdo fiducie
 rōnē ibi (Mane astabo ⁊c.) Di
 cit ergo. (exaudies uocem meam
 mane.) fm lram. i. celeriter. q. d.
 tempestiue. Hoc eniz sperare de
 bemus de deo qd cito exaudiet
 Isa. 30. Ad uocem clamoris tui
 statim ut audierit respondebit
 tibi. Idem penul. Adhuc illis lo
 quentibus ego audiam. Ratio fi
 ducie ponitur cum dicit. (Mane
 astabo ⁊c.) Non q; mane qua
 sitior diei. Gen. 1. Factus est uespere ⁊
 signifi mane dies unus. Item uite hu
 mane: ⁊ sic inueniunt dicitur ma
 ne. ps. Mane floreat ⁊ transeat.
 Item diei gratie in prima cōuer
 sione hominis ad deum: q; tunc
 incipit habere lumen gratie. ps.
 Repleti sumus mane misericor
 dia tua. Item eternitatis. ps. Ad
 uesperas. i. in uita pnt i demora
 tib; stetus: ⁊ ad matutinus. i. eter
 nitatis letitia. Duplex ergo rō af
 signat cōfidentie. Pmo q; ma
 ne astat. i. deo adhereret ⁊ ad deū
 se preparat⁹ hieronim⁹ h̄z (pre
 parat⁹.) Eccl. 18. Ante orationē
 ptepara animā tuā: noli esse qua
 si hō q; tētat deū (Mane.) ⁊ diei
 i. in matutinis. (astabo tibi.) i. ti
 nam. Et hoc q; tunc est
 ⁊ q; sollicitudinibus ⁊
 cor liberum ad cogitā
 deo. ps. In matutinis do
 meditabor in te. Isate. 26.
 ⁊ spiritui meo in precordijs
 meis de mane uigilabo ad te: et
 exaudies uocem meam ⁊c. Quia
 deuotos audit. Uel (mane.) scilicet
 gratie: ppulsis tenebris cul
 pe. (astabo.) ⁊ (contemplabor.)
 ⁊c. habet littera Hieronymi. se

cundi Regum. 23. Sicut lux au
 rose mane absq; nubibus rurs
 lat ouente sole ⁊c. exaudies uo
 cem meam. scilicet liberando a
 culpa ⁊ pena. Uel (mane.) scilicet
 in die eternitatis. Job. 38. Ubi
 eras cū me laudarent astrā ma
 tutina ⁊c. Et tunc homo totalit
 ter exauditur. Uel (mane.) id est
 a iuuentute. (astabo tibi.) Tre.
 3. Bonum est uero cum potaue
 rit iugum domini ab adolecen
 tia sua. Ecclesiastes ultimo. Me
 mento creatoris tui in diebus iu
 uentutis tue ⁊c. ⁊ exaudies uo
 cem meam. quia Proverbioruꝝ
 octauo. Diligentes me diligo: ⁊
 qui mane uigilauerint ad me in
 ueniet me. Secunda ratio fidu
 cie est quod uidet: unde dicit (et
 uidebo.) et exponit hoc primo
 quomodo aslet cum dicit. (Ego
 autem in multitudine) primo di
 cit quid uidet scilicet qui sunt il
 li qui impediuntur ab exaudi
 tione. et que sunt huiusmodi im
 pedimenta. ⁊ isti sunt mali. unde
 dicit (uidebo.) scilicet (quo
 niam deus ⁊c.) Ubi notanda
 sunt duo. Pmo qd mali exclu
 duntur ab istis. secundo qd in
 ducuntur in mala pene ibi. (odī
 fit omnes ⁊c.) Circa primum lo
 quitur de deo sicut de aliquo ho
 mine q; diligit aliquos seu odit.
 Ubi triplex gradus potest esse.
 quia alicui peccatori placet pec
 catum. alicui placet persona pec
 cantis. alicui nequitia. sed tamē
 libenter ⁊ sine indignatione ui
 det euz. hoc non est in deo: quia
 deo non placet peccatum nec re
 spicit ad familiaritatem peccatis.
 Item designatur eum uidere: ⁊
 ideo dicit quantum ad primum
 (uidebo quoniam tu non est des

Odit
de pecc
cauza
peccōe
quēpu
nit.

Volens iniquitate. i. non placet tibi. Quantum ad secundum dicit. (neq. habitabit iuxta te malignus.) i. non habes eum in familiaritate tua. p. Non habitabit in medio domus tue etc. Item idem. Qui ecclesiis malignatum. Quantum ad tertium dicit. (neq. permanent in iustis.) id est peccatores. (ante oculos tuos.) scilicet approbationis: Abachuc. 1. Mandi sunt oculi tui: et respicere ad iniquitatem non poteris.

Quodisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abhominabit dominus.

C hoc ostendit quomodo inducuntur ad penam: et ponit triplicem ordinem. Triplex enim gradus est quomodo aliquis ledit aliquem. Primo habet eum odio: volendo ei malum in corde. Secundo hoc exequitur inferendo penam. Tertio si quando puniunt tamen reconciliat eum sibi. Sed deus primo odit. vnde dicit. (Odisti omnes etc.) Sapientie 14. Similiter est odio deo impius et impietas eius.

Ad.

Sed contra Sicut dicitur. Dignis omnia querunt etc.

Solo.

Respondeo Quod deus odit: sed quod non fecit. i. peccatum. Sed si nos pertinaciter insistimus peccato: tunc odit in quantum non renocat et per penas ordinat. Secundo infert penam: et ideo dicit. (perdes omnes qui loquuntur mendacium.) Sapientie. 1. Os

quod mentitur occidit animam. Nota quod triplex est mendacium: scilicet pernitiosum quod fit in noxio: et alterius sine spiritu: dicitur in libro de rebus in domo: et hoc est gravissimum. Jo. cosum quod dicitur ad delectandum. Officiosum quo quis loquitur ad proficiendum sine temporaliter sine spiritualiter. Et sic Augustinus. Nullum mendacium officiosum est sine peccato: quod si mentris ut liberes aliquem hoc non est bonum: quia apostolus dicit Rom. 3. Non sunt facienda mala ut veniant bona. Preterea omne malum potest fieri propter bonum: potest tamen officiosum esse aliquando veniale. Sed locosus semper est veniale. pernitiosum vero semper est mortale: et de isto hic intelligitur. Tertio deus sic odit sicut penas infert quod non reconciliatur. vnde subdit. (Virum sanguinum et dolosum abhominabit dominus.) Illa abhominatur que in cognitione nostra non paritur. Viri sanguinarius dicitur illi quorum affectus est ad effundendum sanguinem. Proverbiorum. 1. Pedes eorum ad malum currunt: et festinant ut effundant sanguinem. secundum Regum. 16. Egredere vir sanguinarius: dolosus est qui in domo loquitur. Et

uertendum quod ordinat psalmista. quod primo homo citat operatur malum eos. et hos deus odit. Sed quando addunt malitia frequendo: per tuocant deum ad puniendum. Sed quando perdurant: tunc deus abhominatur. Proverbiorum. 17. Abhominatio est deo vita impij etc. Consequenter cum dicit.

Ego autem

Ego autem in multitudine misericordie tue. Introibo in domum tuam. adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Ostendit quomodo astat domino. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo accedit ad deum. Secundo quam oratione porrigit sibi (adorabo.) Dicit ergo aliquis sibi. Tu dicit quod non habitabit iuxta te malignus. Sed nunquid non tu es peccator? Quomodo ergo astabis? Et ideo dicit. Non sicut mea merita. sed in multitudine misericordie tue introibo. Id est appropinquo tibi. (in domum tuam.) Vel ad litteram dicit templum vel congregatio fidelium prime Thimothei. tertio. Quomodo oporteat te in domo conuersari que est ecclesia dei. Dane. 9. Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam etc. Sed tu cum sis peccator: id est vir sanguinarius: quomodo appropinquas ut adoras. Certe in timore tuo ecclesie non poterit iustificari. Ideo dicit in timore tuo. scilicet cum reverentia. b. in. sine deduc me in iusti magis hoc propter inimicos meos dirige in conspectu tuo in domum meam.

Supra petit orationem exaudi. hic propoñit eam. Et primo orat pro se. Secundo pro alijs. Circa primum duo facit. primo pro oratione. Secundo ponit eam rationem sibi quoniam non est. Circa primum duo petit scilicet deduc

ci et dirige: et hoc ideo quia homo in mundo est sicut in via. 35a. trigesimo. hec est via: ambulabis in ea. Qui autem vadunt per viam indigent duobus: quia si via non sit secunda indigent ducatu. vel dirigente si sit dubia. In mundo vndeque sunt hostes. psalmus. In via hac qua ambulabant absconderant laqueum mihi. Item ignota est via. Job tertio. Viri cuius abscondita est via etc. et ideo primo perit. (Domine deduc me in iustitiam tuam.) sicut iustitiam tuam: vel ut ambulem in tua iustitia: et hoc propter inimicos meos psalmus. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam propter nomen tuum domine iustificabis me in equitate tua (Dirige in conspectu tuo viam meam.) Alia translatio habet. (Dirige in conspectu meo viam meam.) Prima concordat cum Hieronymo. Secunda cum greco. sed tamen ideo est sensus quasi dicat. Domine sum in via occulta. Proverbiorum. 14. Est via que videtur homini recta. nouissima autem ducit ad mortem et ideo (Dirige me in conspectu tuo.) id est sicut tuam providentiam: quod tibi nihil est occultum. Vel in conspectu tuo: ut tibi semper placeam. Vel in conspectu meo via tua. ut scilicet semper sit in corde meo. ut te semper sequi possim. Deinde cum subiungit.

Corruptionem non est in ore corum veritas. cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum: lingua suis dolose agebant.

Assignat rationem petitionis: Thoma super psalmum. c



et describit inimicos et periculū
 iminēs. Primo ex defectu boni.
 Secūdo ex abundantia mali sibi
 q̄i. (cor eorū ꝛc.) Defectus quidem
 est. quia si seruarēt pacē possēt
 eis pacificari et secure incedere.
 Sed non est i ore eorū veritas) quia aliud habent in ore: et aliud
 in corde. Osee. 4. Nō est veritas
 et ideo nō possum secure incedere.
 Itē ex abundantia mali: et p̄
 mo quātū ad meditationē cum
 dicit (cor eorū vanum est) id est
 vana meditantur: ad que attin-
 gere non possunt scilicet decipere
 re pauperes qui custodiunt a
 te. Ecclesiastici. 11. Multe insi-
 die sunt dolosis. Secūdo ex au-
 ditate: quia (sepulchrum patēs
 est guttur eorū.) guttur seruit
 ad gullum et locutionē. Uno
 modo potest legi vt expōdatur
 s̄m quod ordinatur ad locutio-
 nem quasi dicat. (Guttur eorū
 est sepulchrum patens.) Nam
 sicut sepulchrum est locus mor-
 tuorū: et de eo egreditur fetor:
 ita locutiones eorū mortificant
 alios: vel spiritualiter vel corpo-
 raliter p̄ime Corinth. 15. Corū
 p̄it bonos mores colloquia pra-
 ua. Itē fetida sunt eloquia ta-
 lium. quia turpia loquuntur. Ec-
 clesiastici. 11. Eruciant precor-
 dia fetentur. Alio modo vt ex-
 ponat quantum ad comestione
 et auditatē: et hoc possumus
 accipere vel ad literas et sic s̄t
 (sepulchrum patens.) quia sunt
 voraces. Et propter hoc vt im-
 pleant voracitatez suā adulan-
 tur: et inique agunt. Vel figura
 liter. et sic sepulchrum quantum
 est de se paratū est ad suscipiē-
 dū mortuos. sic isti semper sunt
 p̄t ad decipiēdū. Iste. 5. phare

tra eius quasi sepulchri patēs.
 Tertio quātū ad eorū oppositō-
 nē. (linguis suis ꝛc.) q̄d .p. ver-
 ba blanda ducunt ad mortem.
 Ro. 16. Per dulces sermones et
 blande seducūt corda innocen-
 tium. Ihere. 9. Sagitta vulne-
 rans lingua eorum ꝛc. Hec p̄t
 esse oratio iusti et ecclesie. Et
 sequenter cum dicit.
 ¶ Judica illos deus. Deci-
 dant a cogitationibus suis:
 s̄m multitudinē impietatez
 eorū expelle eos: qm̄ irri-
 tauerunt te domine.
 ¶ Orat pro alijs. Et primo con-
 tra malos. Secūdo pro bonis ibi.
 (Et letentur.) Circa primū tria
 facit. Primo petit eorū iudiciū
 Secūdo determinat iudicij mo-
 dū ibi. (Decidant ꝛc.) Tertio af-
 signat iudicij causaz ibi (quonia
 irritauerunt.) Dicit ergo (Judica
 illos.) ex quo sunt mali.
 ¶ Sed auertendum q̄ duplex
 est iudiciū scilicet discretionis
 quo etiam boni iudicantur. s̄s.
 Iudicajme deus et diserne cau-
 sam meā ꝛc. Secūdo cōdēnatiōis.
 Jos. 3. Qui non crediderunt iudi-
 catus est. Hic loquitur de iudi-
 cio cōdēnatiōis quo mali iudi-
 cabuntur in excremo iudicio
 vnde hieronymus habet. cōdē-
 na eos deus.)
Sed contra Mat. thei. 5. Q̄.
 Orate p̄ persequētibz et calūniā-
 tibz v̄o a. S̄o. tio.
Respondeo Dicen- dum q̄
 prophete in sua propheta non
 loquebantur voluntate p̄pria.
 scōe Petri. 1. Nō est voluntate
 allata est aliquando propheta

sed spiritu sancto ꝛc. Et ideo que
 proferebant dicebant s̄m intelle-
 tum diuine iusticie. et ideo hec
 erant magis predicatiōes futu-
 roz quā orationes eorū. vnde
 (Judica) ideū scio quod iudica-
 bis. Modus iusticie duplex pon-
 nitur. Primo vt deficiat ab intē-
 to. Secūdo vt remoueat̄ a loco
 per primū impediuntur mala q̄
 intendunt. et ideo dicit. (Deci-
 dant a cogitationibus suis:) i.
 consilijs. Job. 5. Qui apprehen-
 dit sapientes in astutia eorū ꝛc.
 Vel (decidant.) id est puniuntur
 propter cogitationes suas. Ro. 2.
 Cogitationum accusantium
 ꝛc. Sed per secundum expelluntur
 a societate bonorum. vnde
 sequitur (s̄m multitudinem ꝛc.)
 Hoc erit tunc quando Math. 25.
 dicit. Ite maledicti ꝛc. Job. 18.
 Expellet euz de luce in tene-
 bras ꝛc. Et dicit (s̄m multitudi-
 nē impietatez) quia s̄m eas erit
 modus cōdēnatiōis. Deutero. 25.
 pro mēsurā delicti erit et pla-
 garum modus. Causa ponitur.
 (quonia irritauerunt.) id est ad-
 irant prouocauerūt. Hoc in deo
 nō ita sed volūtatē puniēti ostē-
 dit. Alia littera (amaricauerūt
 ꝛc.) qui dulcis es: in te pertinaci-
 ter peccando. Peccatores p̄mo
 peccant. post aggrauant pecca-
 tū suū ex pertinacia: et deus tūc
 non parcat: sed irritatur. et indu-
 citur ad vindictaz. Roma. 2. An
 ignoras quod benignitas dei ad
 penitentia te adducit. tu autem
 s̄m duritiaz tuaz. Deutero. 32.
 Ipsi me prouocauerunt in eo
 qui non est deus. ꝛc.
 ¶ Consequenter cū dicit.

rant in te: in eternum exulta-
 bunt et habitabis in eis. Et
 gloriabuntur in te oēs q̄ dili-
 gunt nomen tuum.
 ¶ Ponit petitionē. Et primo po-
 nit eā. Secūdo subdit expositio-
 nē. (In eternū.) Circa primū
 duo facit. Primo est ponit quid
 petit. quia letitia. vnde dicit (le-
 tent.) hoc est est finis bonorum
 omnium. s̄s. Iusti epulentur et ex-
 ultent in conspectu dei et dele-
 centur in letitia. Secundo qui
 bus petit: quia sperantibus. vnde
 de. (qui sperant in te.) ¶ Confe-
 quēter cū dicit (in eternū exult.
 exponit primo et dicit (Letentur)
 Secūdo cū dicit (sperēt) ibi (qm̄ tu
 bñdixisti iusto.) Letitia nāq̄ san-
 ctorū in patria est sempiterna. et
 ideo dicit (in eternum) et securus
 vnde addit (et habitabis in eis.)
 plena. propter quod subdit. (Et
 gloriabuntur ꝛc.) Sempiterna
 quidem est non tēporalis. Isa. 51.
 Letitia sempiterna sup̄ capita
 eorū ꝛc. Secura absq̄ turbatōe.
 Isa. 51. Sedebit populus
 meus in pulchritudine pacis. et
 in tabernaculis fiducie et ideo
 dicit (et habitabis in eis.) sicut
 propterea. vnde Hiero. h̄. et p̄
 reges eos.) Apoc. 21. Ecce tab-
 ernaculum dei cū hominibus
 et habitabit cum eis. Et etiam
 plena. et hoc patet ex quatuor.
 Primo ex gloria inde p̄cepta v̄h
 (gloriabuntur.) quia non glo-
 riantur de re nisi habeat eam ex-
 cellenter. Sancti vero excellen-
 tissime deū habēt ideo dicit (glo-
 riabuntur.) Secundo et mate-
 ria. quia gloriatur de re plenissi-
 ma: et de omni bono. Ioan. 16.
 Usq̄ modo nō petisio quicq̄ in

Du-plex modus iusticie ponitur

Du-plex iudiciū

Mat. thei. 5. Q̄. S̄o. tio.

nomine meo:petite et accipietis
vt gaudium vestruꝝ sit plenum.
Joan. decimoquinto. Ut gau-
diu meum in vobis sit. Et ideo
dicit in re. Tertio ex societate:
quia solus homo non potest be-
ne gaudere de aliquo: sed quan-
do amicos habet secum parti-
cipes illius boni. Ideo dicit (om-
nes). Psalmus. Sicut letantur
omniū habitatio est in re. Quar-
to ex perfectione: qui diligunt.
Hoc enim proprium est amicorū
gaudere de bono amici. nec faci-
le homo dimittit quod diligit.
Consequenter cū dicit.

Quoniam tu benedices
iusto. Domine vt scuto bone
voluntatis tue coronasti
nos.

Ostendit quare sperant. Quia
primo de dono gratie. Secun-
do ex misericordia p̄destinatio-
nis. Et ex dono namq; gratie. vñ
de ait: Quoniam tu benedixisti
iusto. dando scilicet eis specia-
le gratiam. Eph. 1. Benedixisti
nos omni benedictione spiri-
tuali in celestibus. Et misericor-
dia p̄destinationis eph. 1. 1.
p̄destinati sumus s̄m proposi-
tum voluntatis eius qui opera-
tur omnia in omnibus: et hoc est
quod ait. Scuto bone volunta-
tis. scilicet eterna voluntate mi-
sericordie sue que ab eterno dis-
posuit saluare. Eph. 1. 1. Elegit
nos ante mundi constitutionem;
vt essemus sancti et immacula-
ti. Quod autē ait (vt scuto) inuit
quod ipsa voluntas dei bona ē:
sicut scutum contra omnia ma-
la. scilicet Reg. 2. Dominus scutu
et robur meum. Et est hic vt
scutu protegens: in patria vero

vt scutu coronans. Consequen-
do nāq; fuit romanis antiquis
vt scutu rotūdas: et in illis ha-
bebant spes victorie: vel quādo
triumphabant illomer scuto vte-
bantur vt corona. Et inde isan-
cti pinguntur cum scuto rotū-
do in capite: quia de hostibus
adepti triumphum scutum rotū-
dū ad instar romanorum gerūt
in capite pro corona. Dicit ergo
(Scuto bone voluntatis tue co-
ronasti nos) quasi dicat. pro seu-
to coronationis nostre habem⁹
bonā voluntatē tuam que nos
hic defendit: et ibi coronat.

In finem in carminibus
pro octaua. Psalmus David
Sextus.

Domine ne in furo-
re tuo arguas me
neq; in ira tua cor-
ripias me.

In precedenti

psalmo perijt David vt deduc-
ceret in via iustitie p̄pter inimi-
cos. hic autē vt lapsus respicit.
Et videtur hic psalmus exprime-
re affectus hominis qui pro pec-
catis castigatus et in manibus
inimicorum datus: penitentia
peracta liberationē obtinuit: et
ideo hic est primus psalmus se-
ptem penitentialiū. Qui septem
propter septem dona sancti spi-
ritus: per quem quis penitet: et
omnes incipiunt a luctu et ter-
minantur in letitiam: quis per
placitum penitentie peruenit
ad regnū glorie. Matth. 5. Beati
qui lugent. quonia ipsi consolabuntur.
Titulus talis est.
In finē psalmi dauid pro octa-
ua.

na. Hieronymus translulit. Uti-
croi in ps super octaua cantici
dauid. De isto titulo restat vide-
re quid sibi velit hoc quod dicit
pro octaua. Nam cetera exposita
sunt. Sciendū ergo quod titu-
li ab Adra facti sunt partim s̄z
ea que tunc agebantur: et parti-
m s̄z ea que contigerunt. Habi-
tetur enim in historia Leuit. 23.
quod in mense septimo iudei fa-
ciebant festum tabernaculorū
septem diebus: et secundus dies
inter omnes erat celeberrimus:
erat em̄ dies certus atq; colle-
cte que fiebant pro necessarijs
ad cultum diuinum et paupe-
res. Et forte dauid fecit hūc psal-
mum in ista sollemnitate: et dice-
batur i octauo die. Pertinet au-
tē festū istud ad ministris: quia
per octo significatur resurrectio
quando colligentur oēs a qua-
tuor ventis a summo terre vsq;
ad summū celū. Mat. 23. Vel dicitur
octaua propter quorundā
falsam opinionē. qui dicebant
quod post septem millis anno-
rū futura esset resurrectio domi-
no ad iudiciū veniente. Sed nul-
li hoc tēpus notū existit. Actus
p̄mo. Non est vestru nolle tem-
pota vel momenta. De die
illa et hora nemo scit neq;
celorū nisi pater solus.
et alia ratio est quare per
om̄ designatur resurrectio
n̄ presenti seculo d̄nplexi-
ta. Una qua vacat homo re-
bus corporalibus alia spirituali-
bus. prima vita significatur p̄
quaternarium. quia est numer⁹
corporum: vt etiā dicit Plato:
quis per ipsum significantur di-
uisiones. In solidis nāq; pu-
mus numerus corporalis est p̄

famis. vt tradit Boetius in arith-
metica sua. Cū igitur pyramis
illa sit prima que triangula basi
in altitudinem se tollit: sequitur
q; quaternari⁹ sit primus nume-
rus solidus vt verbi gratia. Pos-
sito triāgulo super tres āgulos
erigantur linee: et ad vnum me-
diū punctū vertices iungant fit
pyramis: cuius basis est vnum
triangulorū: latera vero triangu-
la. Secunda vero vita que spiri-
tualis est significatur per trina-
riū. Nam in planis figuris terma-
rius primus numerus sup̄ficia-
lis existit. Et idem Boetius in
eodē libro dicit. Est em̄ prima
sup̄ficies triangularis omni
profusus crassitudine carens. Se-
ptenarius quod ex huiusmodi
quaternario et trinario cōstitui-
tur: succedit octaua resurrectio
corporis scilicet et animarū. In
glosa tamen alia ratio assignat
vt dicatur quod ad corp⁹ perti-
net quaternarius: q; constat ex
quatuor elementis et quatuor. Alia
sicut qualitatib⁹ scilicet sicca ratio:
et humida. calida et frigida. et
quatuor tēporib⁹ administratur
vere: estate: autūno: et hyeme.
Ad animas vero pertinet trina-
rius propter tres vires ale scilz
rationabile: irascibile: et cupibile
bilē. peracta vero vtraq; vita
scz corporali et sp̄iali quasi septē-
nario numero transacto veniet
dies iudiciij et suis viuicūq; p̄
meritis ius reddet. Vel ideo p̄
octaua significatur resurrectio
q; octaua estate erit. Nam prima
etas currit ab adā vsq; ad noe.
Secūda a noe vsq; ad abraā.
Tertia ab abraā vsq; ad dauid
Quarta a dauid vsq; ad transfu-
sionē babilonia. Quinta a
c. liij

Qua-
re de-
p̄-
cū-
to i-

Qua-
psal-
p̄-
les-
se-
p̄-
li ex-
plac-
tio.

do.
Baro



transmigratione babilonis vsqz ad chulū. Sexta a chulū vsqz ad finē mūdi currit simul sexta et septima etas. f. quiescētū et a borāti: et post has erit octava etas reurgētū. **Diuiditur autē psalm⁹ ille in tres partes. Primo est ponitur penitentia: Scōo penitētie fletus ibi. (Lazborāti et. Tertio vti vsqz fructus ibi (discedite.) Sed homo existens in peccato tria in cōmōda patitur a quibus petit libera ri. Prīmū est perueritas actus. Secundū est vulneratio natu re et debilitas. Tertū reat⁹ pe ne imminens. primo ergo petit liberari a pmo: ideo dicit (Domi ne ne in furore et.) Scōo con tra secūdū: et ideo addit orans. (Misere mei et.) Tertio con tra tertū: ideo subiūgit (sed tu dñe et) Dicit ergo (Dñe ne in fu rore tuo.) A malis actib⁹ liberat aliqz aliquē arguēdo verbis et corripiendo penis et vtrūqz faci ens. S3 argutio qñqz fit ad emendationē et hoc est in miseri cordia. ps. Corripet me iust⁹ et. Quādoqz ad cōdēnationem et hoc est ire et tō dicit (Dñe ar guas me. sed (non in furore.) qz hoc ē vindicta. et hoc fiet i iudici o. qñ dicit Matthei. 25. Disce dite a me maledicti et. Esturiū est. et. Isa. 3. Ardens furor erit et grauis ad portandū et. Mōdo qñt arguit sed nō in furore. quia ad emendandū arguit. et non ad cōmēdandū. et hoc petit. iste cum dicit (neqz in ira tua corripas me.) q. d. Corripe me s3 nō in ira. vel in furore sed p flagella tēporalia. Aug. hic vte hic se ca vt in eternū parcas. Hier. 10. Corripe me veritatem non in ira**

dico. **Deinde cum dicit. Misere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde. sed tu domine eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.** **P**etit liberari a secundo scilicet a vulneratione nature et debilitate. Et primo in generali in firmitatem exponit. Secundo in speciali ibi (sana et) Dicit ergo (Misere mei domine quoniam infirmus sum: peccatum est spiritualis infirmitas. Nam infirmitas corporalis ex solutiōe debite proportionis humorum accidit. Sic quando affectiones anime non sunt proportionate est ibi spiritualis egritudo. et ideo dicit (infirmus sum.) **S**lo. Infirmus sum natura et vitio: adeo quod iustitiam tuam sustinere nequeo. Sapien. 9. Seruus tuus ego sum: et filius ancille tue homo infirmus et exigui tēporis: et minor ad intellectu iustitie. iudiciū et legum. **Deinde cum dicit. (sana et) exponit ciali quomodo sit infirmus hoc dupliciter. primo qz sit suā fortitudinem. Secundo qz perdidit suam discretionē. **E**t anima mea turbata est. Dicit ergo (sana me dñe. et) re. 17. Sana me domine et sana bor et. Quia si homo est liber a peccato. aptus est ad retinēdū gratiam et virtutes que sunt fortitudo hominis: ideo (sana me dñe. Et hoc oio et (ossā mea)**

petit est infirmus et alic.

id est fortitudo mea anime. scilicet mee virtus et fortitudo. (turbata est.) Item turbatur discretio inquantū peccatori videtur recte agere cū peccat. et ideo dicit. (Et anima mea turbata est valde.) quia peruersum habet iudicium de agendis: vt. f. quod bonum est iudicet esse malū et ecōuerso. **Deinde cum dicit. (sed tu dñe. et.) orat contra reatum dānationis. Ubi tria facit. primo est ostendit periculum imminerē. Secūdo petit auxilium gratie ibi. (Conuertere.) Tertio exponit periculū imminens. ibi. (quonia nō est in morte et.) Dicit ergo (infirmus sum.) nō possum p me surgere. (sed tu dñe. qui potes. vsqz quo.) nō exaudies. ps. Usqz quo dñe obliuisceris me in finem et. In hoc videbatur periculosum sibi q non conuerteretur. Ecclesiastici quinto. Ne tardes conuerti ad dñm: et ne differas de die in diem: subito effuget ira illius: et in tēpore vindicte disperdet te. Abacuch pmo. Usqz quo: clamabo et non exaudies: vociferabor ad te verū pa trem: et non sanabis et. quasi dicit. Quādiū ero in peccato et nō dabis auxilium vt resurgā. et ideo petit illam dicens. (Conuertere et. et tangit tria. f. conuersionē: ereptionē: et salutationē. Oculis hominis non illuminatur a sole nisi habeat directū op positionem ad illum: ita anima si debet recipere lumen diuinū debet habere directum aspectū ad deū: et huiusmodi directus aspectus semper est paratus a deo: sed homo auertit se: et oportet q deus conuertat inquantū prius auertitur ad nos cōuer**

tēdo nos ad se. et ideo dicit. (Cōuertere.) Trenoꝝ quarto. Conuertere nos domine et conuertermur ad te et. S3 aliquis compe ditus traheretur ad suspendiū ac videret altitudo de quo confideret: rogaret attente ac diceret eripe me. hoc modo orat iste de cenis. (Eripe animam meam. q. d. eripe me tractum ad peccatum ductum ad mortem. pro uerbis: ruy. 24. Erne eos qui ducuntur ad mortem. ps. Eripe me de luto vt non infingar et. Col. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarū. Item. (Saluum me fac.) postqz liberaueris me a malis pduc ad salutem. ps. In ipso salutare meum. et hoc non propter merita mea: sed (ppter misericordiā tuam.) ad Tytum tertio. Nō ex operibus iustitie q fecimus nos sed sm suam misericordiam saluos nos fecit. **Deinde cum dicit. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi.** **O**stendit periculū imminens. Et pmo periculū presentis mortis. f. naturalis. Scōo dānationis eterne a qua non est reditus. vsqz (Quoniam nō est in morte) id est post mortē. (qui memor sit tui.) scilicet cogitando bonitatē magis si de ea non fuit memor in vita. Et ideo quia anima rationalis non habet flexibilitatez arbitriū post mortē. Ecclesiastes. 11. Succiderit lignū ad austrū: stue a ad aquilonem: in quocunqz loco ceciderit ibi erit. Secundum periculum est quia in inferno est obliuatio et nō est ibi cōfessio, illa

scilicet de qua dicit apostolus Romanos. 16. Ore autem sit confessio ad salutem. et ideo dicit (in inferno autem quis constitebit tibi.) Uel aliter (in morte. scilicet pccati. qd memos sit tui.) quasi dicat. Te deprecor eripe aiam meam ne condesentia: quia in peccato meo non ero memos tui. Danielis. 13. Declinauerunt oculos suos vt non viderent celsu: nec recordarentur iudiciorum suorum. (in inferno asit.) idest in profundo peccatorum. (quis constitebit tibi.) Proverbiorum. 8. Impius est in profundis venerit peccatorum contemner.

Deinde cum dicit. Laboravi in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Pone gemitum penitentis: vbi tria videtur tangere. primo tristitiam cordis. Secundo defectum rationis. ibi. (Turbatus est.) Tertio infirmitatem virtutis. ibi. (Inueteravi.) Tristitia cordis tripliciter indicat. primo per gemitum et suspiria. Secundo per corporis inquietudinem. Tertio per lachrymas. (Quantum ad primum dicit. Laboravi in gemitu meo.) scilicet suspirando. Treno. primo. Vultu gemitus meus: et cor meum merens et. ps. Rugiebam a gemitu cordis mei. Dicite autem. (Laboravi.) quia labor est pugna re contra se: et tamen labor iste bonum fructum habet. Sapientie tertio. Bonos labores gloriosus est fructus. (Quantum ad secundum dicit. (lauabo.) vbi duo ponit. luctum et stratum. et hec duo licet pro eodem accipiantur: tamen precipue sequimur. Stratum dicitur

tur panni qui sternuntur in lecto. Lectum illud quod subius ponit. et dicitur lectus ab eligendo. scilicet stramina et similia: unde fit lectus. Per hoc ergo quod dicit. (lauabo per singulas noctes lectum meum) dat intelligere quod qualibet nocte surgebat et appodiarius iuxta lectum plorabat. Littera Hieronymi est. (Natare faciam lectum meum.) et est parabolica locutio. Uel (natare faciam.) idest ad modum natantis factam habere ex iniquitate mea in eo. Dicit autem. (lachrymis strati mei rigabo.) quia etiam in lecto facies plorando perfundebat pannis lecti: quasi irriguum lachrymarum. Moraliter lectus in quo homo quiescit est conscientia. hanc lauat homo per lachrymas in penitentia. hier. 4. Lava a malitia cor tuum. Per stratum vero designatur peccata que supersuntur conscientie que quidem ablucenda sunt lachrymis. Nam lachryme lauant delictum quod pudor est confiteri. Slos. Treno. 2. Defecerunt pro lachrymis oculi mei et. per singulas autem noctes idest per singula peccata. De singulis enim peccatis debet homo penitendo plorare. Datur autem hic intelligi quod penitentia beat vices interpolatas: quia inter bona que faciebat aliquando peccabat: et de singulis plorabat unde non dicit per vnam. sed per singulas noctes. Dicit autem (rigabo.) per inundantiam lachrymarum. Hieremie. nono. Quis dabit capiti meo aquam: et oculis et. Treno. secundo. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem: et nocte ne taceant pupille oculi tui.

Stratum dicitur lectus quid dicitur lectus unde.

Wolus sua.

Consequenter cum dicit. Turbatus est a furore oculi meus inueteravi inter omnes inimicos meos.

Pone defectum rationis. Tristitia enim est causa ire. et ideo tristitia irascitur de facili. Ira autem semper turbat oculi rationis. Turbati autem minus preuident. et ideo dicit. (Turbatus est oculus meus.) idest ratio mea. Sed a furore alioquin irascebatur enim David et turbatur: quod videbat insurrexisse contra se Absalonem filium suum: et consilia rationis eius. Uel a furore suo: quia turbabatur contra peccata propria. Recognoscebat enim in statu persecutionis illius quod propter peccata sua iuste affligeretur: et hec ira non cecat sed turbat. Alia fero ira excecatur. Uel a furore tuo domine deus quo me punis: quasi pro noceat a me: quia te turbavi. Isaie. 38. Attenuati sunt oculi mei suffocientes in excelsum. Job. 16. Facies mea inuermuit a flectu et planctu et. Tertio ostendit infirmitatem virtutis est autem. (Inueteravi et.) Quando aliquis in iuuentute victoriosus fuit et fortis: si post modum patiat non solum ab extraneo: sed etiam a suis reputatur senescere. Ita dauid qui iuuentute sua vicerat omnem: modo suum fugiebat filium suum. Dicit (Inueteravi.) idest et alioquin reputatione. (inter omnes inimicos meos.) manifestos scilicet et occultos. ps. 8. Quod autem antiquatur et senescit proprie interitus est. Uel peccator inueterascit recedens a nouitate spiritus de qua dicit apostolus. Ro. 9. In nouitate vite ambulemus: vt

Fuimus in nouitate spiritus. Roma nos septimo. Slos. Seruiamus operibus noui hominis. scilicet christi. que non nostris viribus vel lege attingimus: sed gratia spiritus sancti. Scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est. Romanos sexto. Ut destruat corpus peccati vt ultra non seruamus peccato. Per quam feruitutem reducitur quis in vetus statum peccati: membrum factus veteris hominis: proter quod monet apostolus et suadet. Ro. 12. Reformamini in nouitate sententiarum vestri vel mentis vestre. Reformamini dicitur glo. quia in Adam factus deformatus in nouitate et nouum hominem scilicet christum. videlicet imitantes hanc veritatem et deformationis misericordiam propheta sub interrogatione deplorat dicens. Baruch tertio. Quid est israel qui in terra inimicorum eius inueterasti in terra aliena et. Et sonat ei quod hic dicitur (Inueteravi inter omnes inimicos meos.) vel demones. vel omnia peccata quibus omnibus consensit. et sic hoc quod dicit (Inueteravi.) hinc hunc sensum est materia gemitus. quass dicitur ideo (lauabo et.) quia (Inueteravi.) veterem hominem imitatus: vitis omnibus me subiciens: et tunc hoc quod dicitur est (Turbatus est et.) refertur ad statum penitentis. Uel potest refertur ad materiam iustitie: et hoc quantum ad statum peccati. quasi dicitur ideo (Inueteravi.) id est peccator: quia (oculus meus.) idest caro mea turbata est. (a furore) idest ab impetu passionis. psalmus. Supercedit ignis. scilicet concupiscentie secundum glossam Augustini.



Et non viderunt solem. scz iustitie. Danielis. 13. Concupiscentia subvertit cor tuum. Item idem. Exarserunt in concupiscentiam eius. et neq. recordaretur iudiciorum iustorum. Ab impetu ergo passiois dicit David in eo forte turbatum oculum rationis vt non videret celum. et hoc fuit in concupiscentia Bersabee. secundi Regum. 11. quam ad se vocatam cognouit. Et postmodum concepto q. esset gravida: ad crimen adulterij addit crimē homicidij. Unde Uriam virum Bersabee proditorie iussit occidi: pro quibus peccatis grauissimis iussio dei iudicio passus est a filio persecutionem.

Discedite a me omnes q. operamini iniquitatem: quoniam exaudivit dominus vocem fletus mei. Exaudivit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.

Hec est tertia pars principalis in qua fructus penitentie ponitur. vnde hic se exaudivit ostendit: et exinde gratulatur. Et circa hoc tria facit. primo enim repellit a se inimicos. Secundo co-ficitur se esse exaudivit. ibi. (Quonia exaudivisti.) Tertio pre-nunciat inimicorum eventum. ibi. (Erubescant.) Dixit ergo. (Discedite etc.) Detur q. alijs propter peccatum afflictus fuerit: postquam indulgentiam in-sultare potest inimicis vel indu-centibus ad peccatum: vel persequen-tibus corporaliter. Ad litteram Hieronymus dicit. (Discedite a me.) inducentes me ad

peccatum: quia societatem vestram nolo. secunde Counthiois sexto. Propter quod speramini dicit dominus et immundum ne tegeritis: et ego recipias vos. vel (Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem.) id est vos operari iniqui persequendo me: iuste. (Discedite.) in q. (a me) q. dominus mecum est tanq. bella-tor fortis. Hier. 29. Unde psal-mus. Si consistant aduersus me castra: non timebit cor meum. Et per hoc signatur futura p-secutio: et separatio malotū a bonis. Martij tredecimo. Separabunt malos de medio iustorum Item eiusdem. 25. Separabunt eos ad iudicem: sicut pastor segregat etc. Et infra eodez capitulo. Discedite a me maledicti etc. Consequenter cum dicit (quonia exaudivisti etc.) (prenunciat se exaudivit. Ubi aduertendū est q. superius tria premissit. scz orationem cum dixit. (Misere.) Secundo deprecationem et liberaretur. (Convertere.) Tertio lucum. (laborant etc.) Et hec tria dicit exaudita ordine retrogradando. Et primo gemitū dicens. (Exaudivit dominus etc.) Semitus sanctorum vocem habet apud deū. Ecclesiastici. 35. Non despiciet vocē pupilli: nec viduam si effundat loquellā gemitū. Nonne lachryme vidne ad maxillam descendunt et exclamatio eius super deducunt eas? A maxilla enim ascendunt vsq. ad celum et dominus exaudivit: non delectabitur in illis. Et Genes quarto. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Prophea dicebat illa sancta domina. Judith octavo. In-

indulgentiaz eius cum lachrymis postulemus. Secundo (deprecationem.) Est namq. deprecatio propter fin glo. Cassiodori p-remouendis malis. Luce primo Exaudita est deprecatio tua. Wic-itibi glo. qua rogasti pro liber-ratione plebis. Ut ergo ostēdat se liberatum a malis pro quib. rogauerat dicens. (Convertere etc.) subijgit hic. (Exaudivit dominus deprecationem meam.) Tertio orationem: vt. s. intret in conspectu eius. et hoc est qd sub-infert. (dominus orationez meā suscepit.) Et nota q. pōit hic ter (dominus) vt ostēdat se exaudivit a tota trinitate. psalmus. Benedicat nos deus deus uos: ster. benedicat nos deus. Consequenter cum dicit.

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertatur et erubescant valde velociter.

Ponitur inimicorum eventus: ac si diceretur. Tu dicitis inimicis tuis. (Discedite.) Sed quid erit eis discedentibus a te? Certe (Erubescant etc.) hec verba post sunt exponi in bono et in malo. Si in bono: tunc dicta sunt per modum orationis: vbi petit quatuor pro eis. scilicet erubescen-tia de peccatis: quia hoc est p-ncipium emendationis vite. Ecclesiastici quarto. Ad hufuso ad ducens gloriam. Unde (Erubescant.) Secundo dolorem de de peccatis. (conturbentur.) Psalmus. Commouisti terram et conturbasti eā etc. Debet enī penitens habere vehementiam doloris plus q. habuerit dele-

ctationem in peccato. Tertio cō-uertationem ad deum. Unde (Cō-uertantur.) (Iste trigessimus mo. Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij israel. Et quarto erubescen-tiam. (Erubescant et conturbentur vehementer etc.) Est autem erubescen-tia principium et finis emendationis. Sed aliter posset red-di ratio: quia scilicet a principio erubescit quis oculos hominum et ex hoc dolet et vitat mala. In fine vero erubescit oculo rati-onis sue: et oculo dei. De p-ncipio mo Roma. 6. Quem fructū habuisti tunc in illis: in quib. nōc plū r h erubescitis. De scdo. Luce. 18. Publicanus a longe stans nolē mēdare: bat nec oculos ad celum leuare

Hoc autē fieri debet. (valde velociter.) vt non tardetur. Ecclesiastici quinto. Ne tardes conuertiri ad dominum etc. Si autem accipiantur in malo: tunc p-ncipium p-nunciationis intelligēda sunt. quasi dicat. (erubescant) p-ter detectiōe peccati eorum coram omnibus. Iste primo. Erubescetis super hostis quos elegeratis cum fueritis velut quer littere eius. desuens folijs etc. Et con-turbentur. (timore et tristitia p-ncipio.) Sapiētie quinto. Turbabuntur timore horribili etc. et ideo dicit. (vehementer omnes inimici mei: conuertantur.) reco-gnoscendo culpā. propriā et gloriā sanctorum. Sapiētie quinto. hī sunt quos aliquando habuimus in derisum: et in similibus iudicem improperij. nos infensati et cetera. et erubescant.) quia erit eis hec recognitio ad confusioē. et hoc (valde velociter) Iste trigesimo. Subito dō-

Quot velit pete nitētia

Alta



no sperat veniet cōtritus eius etc. Job vigesimo primo. In puncto ad inferna descenderunt. Thes. 5. Dies homini sicut fur in nocte: ita veniet. Cum enim dixerint par et securitas etc.

In finem ps dauid quem cantauit dño pro verbis chusi filij gemini. septimus.



Domine de me in te spari saluum me fac ex oibus persequētib? me et libera me. Ne quā rapiatv leo aīas meā dñi nō est qui redimat neq? qui saluum faciat. Dñe deus meus si feci istud si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala.

Supra pmissi sunt psalmi p liberationē ab hostibus. hic ponit psalmus in quo petit vindictam de eis. et preponitur titulus talis. In finē psalmi dauid quem cantauit domino pro verbis chusi filij gemini. Historia habetur. 2. Regū. 17. q? dauid fugit a facie filij sui et Achitophel sapientissimus adhesit abfaloni. Chusi vero adhesit dauid: quem remisit vt sceret cōsilia achitophel: et ea sibi significaret. Cū autē achitophel cōsiliū dedisset abfaloni nocuū valde patri suo dauid. s. vt statim eū inuaderet anteq? turaret aliquid: chusi secreto significauit: das uid: vt de campesribus fugeret vbi erat: et transiret iordanem ad loca munitissima. Isto ergo nun

Historia.

clo chusi audito dauid: hoc canticum cecinit domino. et ideo dicitur hic. Quem cantauit domino pro verbis chusi filij gemini. Dicitur autem filius gemini q? forte de tribu betamin erat: vel ex aliquo descenderat qui habebat hoc nomen. Hieronymus nō habet. In finem. nec pro victoria s? pro ignoratione. vel Ignorantibus. Et dicit. Sup. verbis ethiops (nō nescit an fuerit ethiops. Cōsilio autem hic psalmus potest esse ecclesie contra persecutores. Et dicitur pro p?bis chusi qui interpretatur silentis. sed gemini dextera. q. d. Oculis diuine prouidentie iudicio factum est vt achitophel qui fratris ruina interpretatur. s. iudas scariothis in ruinā id est in morte fratris sui chusi. videlicet qui non confunditur eos vocare fratres. heb. 2. Consilio et auxilio conspiciat. Sed qd? ille ad permittem vnius hominis fecit chusius ad salutem omnium inflexit vt dicit Augustinus in glosa. Chus autem psalmus habet tres partes. Primo ponitur oratio secūdo ex auditio ibi. (Dominus iudicat) tertio gratiarum actio. (Confitebor domino.) Circa primum duo facit. primo orat vt liberetur ab hostibus. Secundo vt hostes deprimantur. (Exurge domine in ira tua.) Circa primum duo facit. primo petit misericordiam. Secundo allegat suam innocentiam. (Domine deus meus si feci istud.) Circa primum tria facit. primo premitit orantis affectionē. Secundo proponit petitionem. (saluum me fac.) Tertio petit rationem. (Nequando rapiat. Alfectus orantis est vt speret in do

20. Nocturni

psalmi p. tio.

mino. Eccl. 2. Quia nullus sperauit in domino et confusus est. et ideo dicit. In te speraui. petitio est duplex. petit enim saluari et liberari fin. dno. Liberari est remoueri a malo. Saluari conferuari in bonis. Sic ergo petit q? saluetur a corruptione hostium et liberetur ab eis. Et potest intelligi de corporalibus hostibus et de spiritualibus. q. d. (Saluum me fac.) ab hostibus et a tentationibus. psalmus. Saluum me ex ore leonis. Item ibidem. Libera animam meam a malignitate eorū. ponit petitionis rationem: cum dicit. (Nequando rapiat etc.) quia si dicit. Nisi subuenias mihi de uocabit me abfaloni: sicut leo. secundi Regū. 15. Surgite fugiamus neq? erit nobis refugium a facie abfalonis. Et supra dicit in plurali. (Ab omnibus persequētibus.) hic in singulari. Nequando rapiat vt leo. quia omnes sub vno capite comprehenduntur. Spirituales sub vno diabolo. corporales: sub abfalone. De primo p?me petri. s. Auduerat ue. di. canēs leo rugiens etc. psalmus. Insidiatur in abscondito. quasi leo etc. (Rapiat.) quasi subito. Et velociter. Joan. 10. Lupus rapit quia diabolus insidioso facit. Et hoc faciet dñs non est qui redimat etc. Redimatur quis. dum liberatur a malo: et hoc refertur ad liberationem a pena. Osee. 13. De morte redimā eos. (Neq? qui saluum faciat.) per liberationem a culpa. Matthei p?mo. Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hieronim? Ne forte capiat vt leo animam meam: et laceret: et non sit qui eripiat. Deinde allegat

suam innocentiam. (Domine deus meus si feci istud.) Et hoc potest intelligi dupliciter: vel per modum iuramenti: vel prenucciationis. Si per modum iuramenti. Sic sciendum est q? duplex iuramentum scilicet per contestationem: sicut ad Romanos primo. Testis est mihi deus cui seruius in spiritu meo etc. per exortationem cum dicit. (Si ita feci.) sic cōtingat mihi. Job. 31. Si gaudis sum ad ruinā illius qui me oderat etc. 2. Cor. 1. Ego testē deum inuoco in aīam meā. q. d. Si non sum innocens rapiat me. Vel potest intelligi p? modum prenucciationis. q. d. Si ego sum in istis defectibus: hec erit pena mea. (Decidam etc.) Et fm hoc excludit primo a se culpam. (Si feci istud etc.) Secundo determinat sibi penam. (Decidam etc.) Excludit autem a se culpam primo in generali: cum dicit. (Domine deus meus si feci istud.) Quid (istud)? peccatum scilicet superbie fm glos. quod est quasi vniuersale peccatum. Eccl. 10. Inuitus omnis peccati superbia. Et aliter. (Istud.) Quia quando quis patitur tribulationem aliquam ex culpa sua: dicitur ei. Tu fecisti tibi istud quasi dicit. Tu es in causa: vt hoc fiat. Et sic dicit. (Si feci istud.) ego huic percussioni causam dedi. secundi Regum octauo. Faciebat dauid iudicium et iustitiam cum populo suo. Mich. septimo. Iram domini portabo: quia peccauit et c. Et secundo cum dicit. (Si est iniquitas etc.) excludit culpam in speciali: vbi tria facit. Nam primo dicit: q? nulli fecit iniuriam. et ideo dicit. (Si est iniquitas.)

Jura mentū duplex



Job. 41. Si iniquitatem que est in manu etc. Reg. Animaduerte et vide q non est in manu mea malum: neq iniquitas. Unde cū ho mo nulli faci inuiriā: in iustus videtur q affligatur. Secūdo q dem remisit offensas. (Et ideo dicit. Si reddidi etc.) Et hoc. 1. Regum. 24. Peperit tibi oculus meus. Dixi enim. Non extēdam manum meam in dominū meum: quia iustus domini est. Leuit. 19. Ne queras vltionem: nec memori eris iniurię cuius illoium. Tertio q in iudicis benefici: qd est tertium bonū. Unde littera Hieronymi habet. (Dimisi hostes meos vacuos.) Romanorum duodecimo. Noli vinci a malo. sed vince etc. Prouerbio. 25. Si esurierit inimicus tuus etc. Matthi quinto. Bene facite eis qui oderunt vos. 4. Regum. 6. Regi samarie mandauit helicteus vt apponeret cibos exercitui regis syre: qui venerat ad capiendum eum. Appositus est eis ciborum magna preparatio. (Cōsequenter cum dicit.

Decidas merito ab inimicis meis inanis. Persquaf inimi aiam meā et compre hēdat: et conculcet in terra vitas meam: et gloriā meam in pulucrem deducat.

Determinat sibi penam que sequitur quasi dicit. Si ista non sunt vera que dico: sicut mihi ista. Et primo ponit detrimentū pecunie. Secundo persone. Tertio glorie. Dicit ergo quantum ad primum. Hoc malum accidat mihi scilicet (q decidam merito. id est iuste. ab inimicis. id est iuste

tantur mihi bona mea. Job. 31. Si adhesit membris meis: macula seram. et alius comedet. Quo ad personam tria ponit que homo paritur in se. primo persecutionem. Secundo captiuitatem. Tertio mortem. Quantum ad primum dicit. (Persequat.) quantum ad 2^m. (Comprehendat.) quantum ad 3^m. (Et conculcat.) vel occidendo: vel totaliter me proster nat. Quantum ad gloriā sub iungit. (et gloriā meam etc.) Ac si diceret. Quicquid sit illud in quo gloriā redigatur in pulucrem et dispergatur. (Adyslice inimicus diabolus persequens tentādo. Tre. 4. Velociores fuerunt persecutores etc. (Comprehendat.) per consensum peccati. Tre. 1. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. (Conculcet.) per consuetudinem et contemptum. Iste. 51. Incuruare vt transeamus.

Gloria hominis duplex est naturalis. s. et spūalis. De pma pme. Cor. 11. Vir non debet id est mens: velare caput suum: quia gloria et imago dei est. De secūda secunde. Corin. 1. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Gloriā ergo hominis reducit diabolus in pulucrem quia imago dei deturpatur: q maculatus. Thimore. 4. Caureriaz habentes conscientia. psalmus. Domine in ciuitate tua imagines ipsorum ad nihil rediges.

Et surge domine in ira tua et exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge dñe deus meus in precepto quod māda sti: synagoga populorū circū

XD
ritum.

Et
hōis
dupl

Habit te. Et propter hanc in altum regredere.

(Supra pposuit orationem p se petens liberari et saluari. Mic petie contra inimicos vbi duo facta. primo petis eorum punitionem. Secundo punitionis fructum ibi et exaltare.) Legamus primo litteram secundam historiam: sicut potuit competere dauid. (Exurge.) Duobus generibus hominum dicit. dormit et iacenti. Deus autem quādo peccata nō punit dormire videt quā si nō haberet prudenti vigilātia. Exurge quare obdormis domine. Item qm non punit videtur impotens iacere: s. tunc surgere videt: quando potestatem manifestat aduersarios puniēdo. Iste. 26. Exaltet manus tua vt non videant: videant et confundant zelantes populi et ignis hereditatem tuam deuoret. (in ira.) videt id est in punitionem que est ire effectus. Fructum autem punitionis ponit triplicem. Unum ex parte dei vt deus exaltet nō in se: sed in opinione hominum quia per hoc reputatur altus et potens: et ideo dicit. (exaltare.) quasi dicit. Depriue inimicos meos: et in hoc altus apparebis. Ecclē. 26. Sicut in conspectu illorū manifestatus est in nobis: ita in conspectu nostro etc. dicit. (In finibus.) vt totaliter depumat et nihil remaneat inuadendo fines eorum. Hieronimus habet. (eleuare indignans super hostes.) quasi dicit. Frascere: et in hoc (eleuare.) Altus fructus est ex parte dauid. Nam primi Regum. 13. legitur. Inuenit dominus virum secundum

cor suū: cui preceptū vt esset durus super populum suum. Et ipse dauid de se dicit. secundi Regū 3 seruo. Precepit mihi dominus: vt sim durus etc. hoc ergo preceptum videbatur euacuari dauid de se prelo. et ideo dicit. (exurge in precepto quod mandasti.) scilicet sim durus in regno. et ideo hie ronimus habet. (exurge ad me in iudicium quod māda sti.) Aliter fructus est ex parte populi. In veteri lege ordinabatur per homines: de alijs pncipibus populū sed de summo pncipe solum dispensabatur per deum. Nume ri vigesimo septimo. Prouideat dominus deus spiritus: vt omnis carnis hominem etc. Deuter. de cimo septimo. Cū intraueris terram: quā dominus deus tuus dabit tibi et possederis eā habitis uerisq in illa: et dixeris: cōstitui super me regē sicut habet oēs p circūiū nationes. illuz cōstitues pncipē quē dominus tuus elegerit. Ergo dñs in magno pncipatu debebat sequi diuinam ordinationem. (Et ideo subdit.) et synagoga populorum circū dabit te. i. sequetur tuā ordinationem: vt reuertat in me. (et ppter hoc in altum regredere.) i. apparet manifestantia tua. q. d. Non solum ppter iudiciz sed vt homines reuertant ad me: sed pte referat ad christū petis incarnatōis natiuitatis mysteriū: in quo duplex est fructus. primus de prelo de monum et conuersio hominum. (exurge domine.) Quantum ad primum dicit (exurge.) id est appare in mundo per incarnationem. et hoc (in ira tua.) id est vt punias demones. Joannis. 12. nunc iudicium est mundi etc.




Mora primo. Quid nobis et tibi Jeshu Nazarene: venisti ante tempus perdere nos. (et exaltare in finibus inimicorum.) auferedo eorum possessionem. Luc. 11. Cui fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia q̄ possidet. Si aut fortis: illo superueverit & vicerit eum: vniuersa arma eius auferet: in quibus confidebat: et spolia eius distribuet. et Matth. 12. Quomodo pot̄ quis intrare domū fortis: et vasa eius diripere nisi prius alligauerit for̄te: et tunc domū eius diripiet: vel cōtra Judeos: vt sit percipio ecclesie gentiliū cōtra eos. Et dicit. (Exaltare in finibus inimicorum.) alia non mutantur. Illud quod exaltatur homini apparens: ex hoc occultatur. vtp̄ta quando nimis in altū exaltatur. Sicut ergo q̄ latet in psūdo si exaltetur apparet. Job. 28. profunda sinuū scrutatus est: et abscondita produxit in lucem. Sic aut. (exaltare.) id est manifestare: sicut q̄ nimis exaltatur occultat. Unde Actuum primo. Eleuatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum: sic (exaltare.) vt officarius Judeis occultus: vt te cognoscant: sic crucifigat: et redimantur. (Quantū ad 2^m dicit. Exurge dñe de in secepto.) pro conuersiōe hominū. Ubi p̄mo ponitur motus cōuersiōnis. Secūdo perfectio. Tertio punitio. Dicit ergo. (in secepto.) scilicet mansuetudinis et humilitatis. (Quod mādasit.) Matth. Discite a me: quia mitis sum et humilis corde. (exurge.) ergo in hoc (secepto.) id est appare humilis altus existens. quasi dicat. Ita humilitatem accipias vt al

titudinem non deseras. vel (exurge.) a motuis. et sic (Synagoga populorū circumdabit te.) Cōgregatio. s. b. earorū qui remune rabūtur et malorū qui puniūtur. Can. 1. Oleū effusum nomē tuū. Et. Isaie sc̄bo. p̄parabit mons domus dñi in vertice montium: et eleuabitur super colles et fluēt ad eum oēs gentes. 2. 60. c. Lesus oculos tuos in circuitu: oēs isti congregati sunt venerit tibi. (et propter hanc in altū regredere. sc̄z vt hanc synagogā perficias credentius. s. congregatiōnem. Ephesios quarto. Ascendens in altū captiuā duxit captiuitatē. 2. Mich. 2. Ascēdit ascendens iter ante eos. vel (in altū.) absconderis ab oculis iudeorū. 2c. (Synagoga populorū circumdabit te.) contēnendo et p̄sequēdo: in quo maxime puniūtur. **D**ominus iudicat populos. Iudica me domine fm iustitiam meam: et fm innocentiam meā super me. Non sumetur nequitia peccatorū: et diriges iustū: scrutans corda et renes deus. **S**ecunda pars est istius psalmi: in qua agitur de exauditiōne petitiōnis. Et quia exauditiō petitiōnis fit iudicio dei. Ideo introducitur diuinum iudicium. Et primo premitit ipsum. Secundo agit de dilatiōne eius. (Deus iudex iustis foris et patiens: nunquid irascitur per singulos dies. (Circā primum tria facit. Premitit enim primo iudicium. Secundo eius modum. (Iudica me domine. 2c. Tertio iudicis idoneitatem. (scrutans corda et renes deus.) Dicit ergo. habeo

habeo inimicos persequētes: et peto diuino auxilio liberari. Et de hoc cōfido. Quia. (Dominus iudicat populos.) Iudicat enim orbem terre in equitate et populos in veritate sua. ps. 73. 3. Stat ad iudicandū dñs: et stat ad iudicandū populos. Et nota q̄ post h̄c dicit. (propter hanc in altū.) subiūgit de iudicio: quia post ascēsiōnez reuertet ad iudicandū. Act. 1. Quēadmodum vidistis eum ascēdentes in celū ita veniet ad iudicandū. Dicitur iudicij p̄ntis in forma orationis: q̄ orando ostēdit qd̄ fiet in iudicio dicens. (Iudica me.) Et primo ponit bonorū retributionem. Secūdo malorū punitionem. (cōsumetur.) In iudicio duo retribuūtur: quia bonis bona: et malis mala. Qui ergo bonus est et qui caret malis: habebit abundantiam bonorū et sublatiōne malorū. Prover. 1. Qui me audierit abundantia p̄fructur timore malorū sublatō 2c. (Et ideo quātum ad p̄mū dicit. iudica me fm iustitiaz meam): sc̄z quā dedisti mihi fm q̄ sum iustus. et hec iustitia est vt mihi retribuātur bona. Matthe. 5. Beati qui esuriūt et sitis iustitiam: quoniam 2c. (Quātum ad secūdum dicit. (Secundum innocentiam meam.) et hec iustitia est vt nihil mali patiar. Job. 22. Saluabitur innocens: saluabitur ante munditia manus suarum. (Et nota q̄ petit hoc iudicium sc̄dm iustitiaz. supra nota i p̄niali psalmo fm misericorditā: nullū meritum cōmētōis. Nunc aut̄ q̄ iū iustificatus fecerat aliq̄ bona: quib⁹ debebat p̄misi: petit iudicari fm

iustitiā. Quod ait. (Super me.) designat q̄ iustitia hominis et innocentia non sunt ad hōie sed a deo. Cōtra hoc quod petit: vt sibi sint bona: et mali nihil patiat. Uidet aliquādo bonus esse et vile opprimi a malis: et etiam vniuersalī boni habēt mala in mundo isto: et mali bona. Luc. 16. Recordare q̄ recepisti bona in vita tua 2c. (Et ratio huius assignatur. (Consumetur) id est ad finē deueniat. (nequitia peccatorū.) Apoc. vlt. Qui in foras dicit: foras defecat adhuc. (Nota q̄ quādoq̄ deus differt p̄nā vt p̄destinatā cōuertantur. Isa. 50. p̄opterea expectaui deus: vt misereat veitri. Unde tunc cōsumetur nequitia peccatorū: id est deficiat. Quādoq̄ vt mali malitiā suam amplius manifestent: et iudicia dei appareāt iusta. et tunc cōsumetur) id est p̄ficietur. (nequitia peccatorum): vt iustior appareat vindicta: p̄pter quod dicit Sene. 15. Scito p̄noctans q̄ peregrinū futurū sit semen tuum 2c. vsq̄ nec duz cōplete sunt iniquitates amorū reorū. Act. 7. Et nō dedit illi hereditatē meam: nec passus pe dis 2c. vsq̄ dixit dñs. (Sic ait. (Consumetur) quasi dicat. Faciant quicq̄ possunt: q̄ tandem cōsumetur nequitia ipsorū peccatorū.) Sed nūquid mali grauiabunt bonos? Nō: q̄ (deus diliger iustos.) An (diriger iustū) p̄uer. 11. Simplicitas iustior diriger eos. (Deinde euz addit. (Scrutans corda et renes deus. Iustū adiutorius meum a domino: qui saluos facit rectos corde. Tho. sup. psal. d

Nota: tu dicit hoc iudicium sc̄dm iustitiaz. supra nota i p̄niali psalmo fm mi



Duo in iudicijs sunt in deo.

Offendit iudicis idoneitate. Et primo ponit idoneitate iudicis. Secundo confidentiam de eo conceptam. ibi. Iustum adiutorium meum. Duo autem requiruntur ad idoneitatem iudicis. scilicet ut sit sapiens: et ut sit iustus. Hec autem sunt in deo. et ideo iudex est idoneus. Prover. 20. Rex qui sedet in solio iudicij: dissipat omne malum intuitu suo. Est enim sapientissimus oia cognoscens: etiam interiora. Hebr. 4. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. est etiam iustissimus. Hier. 11. Tu autem domine sabaoth: qui iudicas iuste etc.

Et ideo dicit. (Scrutans corda). Hieronymus habet sic. (probatior cordis et renim deus iustus). et post sequitur alius versus. (Clypeus meus in deo). Ubi littera nostra habet. (Iustum adiutorium etc.). Dicit ergo (scrutans). Tria sunt in hōie. Unum apparens. scilicet exterius opus: et duo que latent. scilicet intentio et delectatio. Hec duo nobis latent: sed deo patent. et quia deo sunt nota: licet nobis occulta. ideo dicit (scrutans corda): quia novit intentionem. (et renes) id est delectationem. yrruz. s. delecteris in laude dei vel hominū: sed quia scrutari est inquirere. inquirere autem est ignorantis. hoc a deo remouet. et ut ostendat q̄ deus euidenter scit: cum dicit. (Consumetur etc.). conuenienter dicit (scrutans). Quia in tribulatione maxime apparet cōditio hominum. Deinde subinfertur. (Iustum adiutorium meum a deo

duplex mino etc.). Ubi ponitur fiducia di adiu concepta de iudice a quo adiutorium etc. Ubi ponitur fiducia di adiu concepta de iudice a quo adiutorium etc. Est enim

duplex adiutorium dei: scilicet misericordia et aliquid iustitie. Adiuutorium quo liberatur a malis et peccatis est misericordia: et non est iustum quia non ex meritis. Sed quando quis iustificatur deus perficit: hoc est iustitie: quod responderet aliquiter merito. De primo dicitur psalmus. Adiuutor in opportunitatibus etc. De secundo psalmus. Adiuuabit eam deus etc. Sed quare? Quia saluos facit etc. Prover. 2. Custodit rectorum salutem. (rectos corde): id est qui intentione tendunt in deum.

Sed querit rursus: quare nō dicit. Qui saluos facit rectos renibus: sed (rectos corde).

Respondeo tinet in ordine ad finem: et ad hoc est intentio. et ideo oportet q̄ in tentio sit recta. In renibus autem est delectatio sensibilibus. Deus iudex iustus fortis et patiens: nūquid irascitur per singulos dies?

Supra premissis diuinū iudicium. hic autē agit de dilatione futuri euentus. scilicet pene. et primo ostēdit causam dilationis. scilicet do preparationē ad vindictam. (nisi conuersi etc.). Proponit autem tres causas: quare deus potest putari non punire peccatores. Una est eo q̄ nō sit iustus: ut auferatur prouidentia humanorum actuum. Eze. 9. Iniquitas domus israel et iuda magna est nimis valde: et repleta est terra sanguinibus: et ciuitas repleta est querelione. Dicunt enim. Vere

Cas. Ad. f. l. d. d. Recti. Sol.

Ant. est. h. p. h. o. l. m. p. l. i. n. e.

liquit dñs terram: et dominus non vider. Job. 22. Circa cordes ce li perambulat: nec nostra considerat. et hęc excludit a deo: qui iudex est et iustus. Isa. 32. Ecce in iustitia regnabit rex: et princeps in iudicio preerit. Alia causa est. Quia nō est potens: sed hoc excludit: quia (Deus fortis). Job. 9. Si fortitudo queritur robustissimus est. Que ergo causa? quia. (patiens). et ideo dicit. (Nūquid irascitur etc.) id est nō quolibet die puniet: sed expectat aliquando et dissimulat. Sapiē. 12. Dissimulans peccata hominū propter penitentiam. Isa. 30. Expectat vos deus: ut misereatur vestri etc. 28. Nō in perpetuū triturans triturabit. Hieronymus habet (cōminans tota die) scilicet per sacram scripturam. Deinde cum dicit.

Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit et parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effect.

Ostēdit q̄ dominus parat se ad penam inferendam: et si differat ex causa. Et ponitur hec preparatio primo ex parte dei punientis. secundo ex parte hominis puniti siue recipientis ibi. (Ecce parauit). preparatio ex parte dei describitur scōm preparationem hominis cōtra meritum vel peccati: quia odio sunt deo impius et impietas eius. Sap. 14. Et sicut homo preparat se gladio cōtra hostes qui sunt: pe. sed arcu contra remotos: ita diuina vindicta contra eos qui videntur sibi adherere: et pos-

sunt videre causas punitionis: dicitur gladius quasi contra propinquos: sed arcus cōtra remotos: et ideo non statim te puni: sed preparat se vt conuertaris. (et nisi conuersi fueritis). sicut gladium etc. id est vindicta suaz. Job. 19. Fugite a facie gladij. Ultrō enim iniquitatis est gladius etc. zach. 9. Exhibit vt fulgur iaculum eius. (vibrabit) ad terrendum: et ad propinquos vt fortius percutiat. Quia nisi per cōminationes homo cōuertatur fortiter percutit. Mart. mus Valerius. Lēro gradu ad vindictam sui procedit diuina ira. tarditatem supplicij grauitate compētat. Hieronymus habet. (Gladium suū acuet) id est preparabit maiorem dānationem. Deutero. 32. Si acuer vt fulgur gladium meum etc. Mat. the. 10. Non enim veni mittere pacem in terrā: sed gladium etc. scōm glo. Gladius dei christus est. Vibratio ergo comminatio gehēne in quo percutiētur impij: sicut eo vindicante. Isa. 2. 7. In die illa vibrabit deus in gladio suo duro etc. preparat etiaz se arcu: quasi ad remotos. vnde (arcum suum etc.) et primo agit de preparatione arcus. secundo sagittarum. (et in eo parauit). Qui parat arcū primo ten dit. secundo ordinat in manu. Quāntum ad pūmū dicit (arcum suum) id est diuinā vindictāz quasi ex inopinato punientem. Quāntum ad scōm dicit (et parauit illum) Isaie. xxx. Preparata est enim ab heri propheta a rege: parata profunda et dilata ta. scilicet ad puniēdūz. scōdo agit de preparatiōe sagittarū (et in eo etc.)

Nota.



Primi

et primo quantum ad ipsas sagittas, secundo quomodo in eis aliquis magis nocivus ponit puta ignem vel venenum. **C**edit ergo (et in eo) scilicet arcu. (preparavit vasa id est instrumenta mortis, scilicet occidentia. **Ezechiel. 9.** Unusquisque habet vas interitum in manu sua. (Ardentibus effectus). Quia ibi aliquid combustivum per quod intelligitur pena ignis eterni: sed dicitur quod in hebreo est. (sagittas suas persequentibus me effectus). per hunc arcum, secundum Augustinum in glo. intelligitur sacra scriptura. **Job. 29.** Arcus meus in manu mea instaurabitur. hic reteditur quando duritia verberis testis menti est emollita per novum. **D**eparatur quando exponitur (et in eo paravit vasa mortis). Vasa mortis possunt dupliciter accipi: scilicet in bono vel in malo. hi sunt heretici: qui ex sacra scriptura mortem simpliciter parant. et sic paravit. id est parari permisit. **psal. Errare fecit eos etc.** (effectus id est posuit (sagittas) penetrabiles sententias. **psal. Sagitte potentis acute etc.** Uel in bono. (Vasa mortis) **Apostolus inobediensibus.** secunde **Colinth. 2.** Aliis fumus odor mortis in mortem. **E**t hoc effectus aptos ad comburendum igne charitatis. **Eccle. 48.** Surrexerunt helias quasi ignis et verbum etc. **D**einde cum dicit. **E**cce parturit iniustitias: concepit dolorem et peperit iniquitatem.

In progressu peccati et currit

Nocturni

incursum pene. (Lacum etc.) **I**n progressu peccati tria occurrunt. **M**alum propositum. **C**onatus et effectus. **E**t sic inimici david primo conceperant: sed tunc repositi erant in conatu: et post effectum. **P**ropositum autem est sicut conceptio. **C**onatus sicut parturitus. **E**ffectus sicut partus. **E**t ideo dicit. (Ecce parturit) id est nuntur efficere. **I**n iniustitia. contra proximum. (Concepit dolorem) quia hinc. **9.** Ut inique agerent laboraverunt. **3sa. 59.** Conceperunt dolorem et pepererunt iniquitatem. **Jaco. 1.** Concupiscentia cuius conceperit parit peccatum. (Peperit) autem (iniquitatem) conceptam: quia abstulerat ei hierusalem abfalon et archiphel cum suis complicitibus.

Lacum aperuit et effudit eum: et incidit in foveam quaz fecit. **C**onvertetur dolor eius in caput eius: et invertet iniquitas eius descendet.

Agit de pena. **E**t primo ponit methaphorice, secundo exponit eam. ibi. (Convertetur). **V**enatores ponunt ingenia: ut capiunt lupos in foveis. **I**psi etiam inimici ut captant homines exercent ingenia sua: et hoc fit per proditiones. et ideo est sicut fovea. **A**pod hebreos fovea dicitur lacus. **3sach. 9.** Tu autem in sanguine testameti tui amissisti vincros de lacu in quo non erat aqua. (lacum) ergo: id est foveam profundam. (aperuit) id est excogitavit fraudem. (fodit) profunde cogitando: et hoc explendit. (Incidit etc.) quia cogitabat occidere: et fuit occisus. **psal. 50**

derunt ante faciem meam foveam etc. et hoc exponit quomodo de meam: quia (convertetur etc.). **Q**uia conceperunt dolorem. (volui: convertetur in caput eius. **S**i iniquitas quam peperit descendit in verticem). **3sa. 24.** Sicut abierunt iniquitas sua etc.

Confitebor domino secundum iustitiam eius et psallam nomini domini altissimi. **H**ec est tertia pars ubi ponitur gratiarum actionem (secundum iustitiam eius): quia precessit meritum. **psal. Confitebor domino nimis in ore meo. psal. Confessio et magnificentia operis eius. (Et psallam) cuius psalterio. ps. Summite psalterium et date tympanum etc.** **I**n fine pro torcularibus. **psalmus david. viii.**



Domine dominus noster: quod admirabile est nomen tuum in universa terra. **Q**uoniam elevata est magnificentia tua super celos.

Supra posuit psalmus in quo david ostendit pro sua persecutio. hic ponit psalmum ad gratiarum actionem. **E**t primo premititur psalmus pro beneficiis collatis totum humano generi. secundo aliter pro beneficiis collatis sibi pro destructione inimicorum: vel pro bonis concessis. secundo pro malis sublati ibi. (Confitebor). **N**am hic exprimit affectionem hominis considerantis beneficia dei concessa humano generi: et

gratias agenti. **C** Titulus. (In fine psalmi david pro torcularibus). **Q**uia aliud est supra positum exponitur hic solum vltimum. **U**bi considerandum est quod Deutero. 16. dicit. **S**eptem diebus facies festum tabernaculorum: quando de area et torculari colliges fruges tuos etc. **S**ciendum enim est quod david species lez devotione habebat in festis celebrandis: et aliquid faciebat speciale ad laudem dei. **F**estum autem tabernaculorum precipue erat. **E**t hoc fiebat in vindemijs in commemoratio nem divini beneficii: quando educitur de egypto filios israel in tabernaculis et induxit in terram promissionis: ubi sunt fructus. et ideo oportebat quod haberent fructus pulcherimos: quo tempore erat torcularia. **E**t ideo dicitur. (pro torcularibus). hoc ad litteram.

Sed spiritualiter torcular est ecclesia. **3sa. 5.** plantavit vineam electam: torcular extruxit in ea. **Matthe. 21.** plantavit vineam et fodit in ea torcular. **D**icit ergo. (pro torcularibus): id est ecclesiam orbis. **E**t dicitur ecclesia torcular. **Q**uia sicut in torculari separat vinum a vinaria: sic in ecclesia boni separantur a malis opere ministrorum. et si non loco semper affectu tamen. **S**edem rarior dicitur et area. **Q**uia separatio fit granum a paleis. **I**n verbis litteraliter positis separat sensus spiritualis. **I**tem torcularia sunt martyria in quibus fit separatio animarum a corporibus. dum corpora eorum qui pro christi nomine afflicti sunt: et persecutio calcantur: quasi fatim remaneant in terra. anime

Wyste
rium.
Cur et
clesia
dicitur
dicitur
cular.



vero ad requiem celestibus emana-
 nant. Psalmus iste dividitur
 in duas partes. Primum enim psal-
 mista admiratur diuinam excel-
 lentiam. Secundo eius clemen-
 tiam. *ibi.* (Quid est homo.) Circa
 primum duo facit. Primum ostē-
 dit maiestatem dei esse admira-
 bilem. secundo esse manifestam
 ibi. (ex ore infantium). Circa pri-
 mum duo facit. qz primo ponit
 eum mirabilem. Secundo ratio-
 nem dici manifestat ibi. (Quo-
 niam eleuata etc.) Dicit ergo O
 (domine) omnis. *hester.* 13. Quo-
 minus omnis tu es. sed specta-
 lizer (dominus nosster). qui te
 colimus. tibi adheremus. *hies-*
ronymus habet. (Dominator nos-
 ster). *Judic.* 8. Non dominabor
 vestri nec filius meus: sed do-
 minabitur super vos dominus.
 (Quam admirabile est nomen
 tuum etc.) scz diuinitatis. *psal.*
Mirabiles elationes maris etc.
Benef. 32. Cur queris nomen
 meū quod est mirabile. *Itē* chu-
 sti incarnati. *Isa.* 9. Uocabitur
 nomen eius admirabilis. Sed
 nūquid solum in iudea: vt dicit
 iudei: vel in africa: vt donati-
 ste: non. sed in vniuersa terra.
Malach. 1. Ab ortu solis vsqz
 ad occasum. magnum est nomen
 meum in gētibz. Ratio admi-
 rationis subiungitur. (Quonia
 eleuata est magnificentia tua).
 quia in celis apparet magnitudo
 tua. Admiratio est quando
 aliquis videt effectū: 2. ignorat
 causam. Dupliciter est ergo ali-
 qua causa admirabilis. vñ quia
 ignota totaliter. vel qz nō pro-
 ducit effectus manifestantē cau-
 sam perfecte. primum non est in
 deo: qz pducit effectū. *Roma.* 1.

Inuisibilia dei per ea que facta
 sunt etc. Producit dico effectus.
 non tamē manifestantem perfe-
 cte causas: 2. ideo remanet ad-
 mirabilis. 2. hoc est quod dicit.
 (Magnificētia tua): id est laus
 vel virtus tua: qua potest face-
 re magna. (Est eleuata super
 celos) iproportionalit̄ excedens
 factionē celoz. Unde excludit
 errorem dicentū qz deus sit for-
 ma celi. Esset em̄ scdm hoc ppor-
 tionatus celis. Itē dicentū qz
 agit ex necessitate nature. quia
 nō extenderet se supra celos. ra-
 meū potest in infinitū maius fa-
 cere: vel (super celos) id est scri-
 pturas qz plus est qz in scriptu-
 ris cōmendetur. *Ecclē.* 43. Glo-
 rificantes deum quātūcūqz pos-
 testis persuadebit adhuc: 2. ad-
 mirabilis magnificentia eius vel
 (magnificētia tua): id est silu-
 us deus homo. (Eleuata est) in
 ascēssione. (Super celos). *Eph.*
 4. Qui descendit ipse est qui
 ascendit super omnes celos etc.
 Et inde cum dicit.
 Ex ore infantū 2. lacten-
 tium perfecisti laudes. ppter
 inimicos tuos: vt destruas
 inimicum: 2. vltorem.
 Cōstēdit qz est maxime manife-
 sta. Et primo ostēdit manifesta-
 tionem. secundo eius rōnem ibi.
 (Quonia videbo). Qd sit manifesta
 pbat. qz illud est manifestū qd
 est oibus inditum quātūcūqz
 simplicibus: quasi quadaꝝ nālī
 cognitione. Duplex nāqz est de-
 us homini qui cōsequitur nāles
 2. rectus instinctum. Sicut sunt
 simplices vel sapientes. Qd sa-
 pientes cognoscāt deū. hoc nō
 est magnū: sed qz simplices sic.

Erra-
res
plon

de
hoi
sem

Recte
notē
infantiū
signifi-
catur
simplici-
tes.

Sunt autē quidā qui naturalem
 instinctum peruertunt: 2. isti co-
 gnitionem dei repellūt. *ps.* Ne-
 scierunt. i. nescire voluerūt: neqz
 intellexerunt etc. *Job.* 22. Dixe-
 runt deo recede a nobis: scientia
 vltarum tuarū nolumus. Deus
 autē facit vt per illos. i. per sim-
 plices qui sequuntē naturalem in-
 stinctum cōfundantur. qui per-
 uertūt naturalem instinctum per
 infantem designant simplices. p-
 me petri. 2. Sicut mō geniti in-
 fantes ratiōabiles sine dolo etc.
 Dicit ergo. (Admirabile) quidē
 (est nomen tuum.) ita th q. (Ex
 ore infantū 2. lactentium perfe-
 cisti laudē.) qz interius instigas
 ad hoc: 2. hoc. (Propter inimicos
 tuos.) qui aduersantur scientie
 2. cognitioni tue. *Phil.* 3. Inimicos
 crucis xpi etc. (Vt destruas
 inimicū 2. vltorem.) quemcūqz
 persecutorem. Vel pharaones q
 velit vlcisci contra consentē no-
 men tuū. *scōe* *Cot.* 10. Consilia
 destrūctes 2. omnē altitudinem
 extollensē te aduersus scientiaz
 dei. Vel tyranūs qui armis im-
 pugnat nomē sanctum tuū. *prī-*
me *petri* 2. Ut benefaciēs ob-
 mutescere faciaris imprudentū
 hominum ignorantia. hoc facit
 xps. Nam *Matth.* 21. De pue-
 ris hebreoz respondit christus.
 Ex quorū vbiis perfecta sit laus
 qui spūs sancti instinctu lauda-
 bant. qd tamen videbat puerilli-
 ter agt. *hīc* locū habet qñ simpli-
 ces recognoscūt deū: 2. alij per-
 uertūt stidia cognitionis natu-
 ralis. ne cognoscant ipsum deū.
 Item hoc in apostolis qui sine
 litteris 2. idiote. *Act.* 4. Simplic-
 ces sicut colābe. *Matth.* 10. Et
 sicut omes in medio luporum et

destruxerunt oēs inimicos chris-
 ti. *prīme* *Cot.* 1. Que stulta sunt
 mūdi elegit deus vt cōfundat sa-
